UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatæ, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

Homilia II. De Centvrione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53012

Visual Library

# HOMILIA II

# DE CENTVRIONE.

## Primo die Iouis Quadrageſimæ.

*Cum introiſſet Ieſus Capharnaum, acceſſit ad eum Centurio,* Matthæi 8.

1 MIlitem hodie nobis diuinus proponit hiſtoriographus S. Matthæus, inter fiſtulas & tympani ſonitus educatum, & eum tam præclarum, vt licet ob armorum dexteritatem, in Romano exercitu ad Centurionis fuerit præmotus dignitatem, ob eam tamen, quâ in ſpiritualibus armis cæteris antecellit, in militia Chriſti nomen meruit celebris Capitanei; *Cohortis Romana Centurio* (ait D. Petr. Chryſol.) *factus eſt Dux militia Chriſtiana*: Equidem iure optimo: tam dexterè enim nouerat huius militiæ armis ludere, virtutibus inquam & principaliter, fide, vt ipſe cælorum Rex, multo ſubſiſteret tempore, eum contuendi gratiâ, cuius dexteritatem admiratus, eum continuò inter milites ſuos adeo promouerit, atque ei & locum & nomen magnis Ducis dederit, vt latus cingeret ſupremis illis Principibus, & Ducibus populi ſui Abraham, Iſaac & Iacob; quem oculis omnibus vt Prototypon proponit, ex quo diſcamus, vt optimè edocto, in militia Chriſtiana, & exercitiis ſpiritualium armorum verſato deuotam orationem, humilitatem profundam, viuam fidem, ſpem ſecuram, inflammatam charitatem, & reuerentiam adeo gratam, vt toti Eccleſiæ & eiuſdem doctiſſimis Magiſtris, compoſuerit illa verba, quibus ſeſe offerant, illi actui, qui hæc maximè requirit, ſcilicet Communioni: *Domine non ſum dignus.*

Serm. 15.

Miles, Sacerdotum Magiſter, & totius Eccleſiæ plebis piiſſimæ Doctor: rara auis in terris, Capharnai morabatur, cum alis multis Capitaneis, & militum cohortibus, quas illic alebat Imperator, vt Imperio Romano ſubditam ciuitatem illam, Galilææ Metropolim, conſeruaret. Huic erat ſeruus, vehementi adeo paralyſi oppreſſus (a) vt iam cum extremo ſpiritu luctaretur, omni ſpe ſalutis abiectâ: & hoc (teſte D. Chryſoſt.) indicare voluit D. Luc. his verbis: *b Erat moriturus.* Eodem tempore, intellexit, Chriſtum ingredi ciuitatem, & audito hoc nomine, confeſtim lumen cœleſte adeò mentem eius peruaſit, vt hominem illum, Deum crederet, & ex conſequenti, talis poteſtatis, qui ipſis mortuis dare poſſet vitam; proinde virtutis Chriſti brachiis ſeu potentiæ ſeſe committens, accurrit, domus ſuæ proponit calamitatem; cui dum Chriſtus reſpondit, *Ego veniam & curabo eum*: pedibus eius prouolutus, profundiſſimâ exclamat humilitate. O Domine tali me non dignor honore, vt domus meæ limina teras, plus mihi ſatis eſt vel minimum verbum, quod, vt veſtrum, quodlibet poterit opus efficere, & eius potentiâ ſeruus meus reſtitui ſanitati, etiam mortuus. Admiratur Chriſtus, & coram copioſo illo confluxu populi, tam ſacerdotum, Phariſæorum & Doctorum, quam Capitaneorum, qui Centurioni comites aduenerant, concionem virtutum eius encomium aggreditur. Noſtra verò eaſdem & illi laudes ſoluet, & cum fructu quidem, ſi Domini Spiritus ſuâ nos gratiâ comitetur: quam cum interceſſione virginis, quæ parem non habet, imploremus eam ſalutando: *Aue Maria.*

(a) *Como garote le daua la perleſia la vltima buelta.*

b Hier. in Matth. Luc. 7.

### §. 1. *Chriſtus lux vera omnes illuminat, quoſdam vt lateres, alios verò velut ſpecula: quorum vnus extitit hic Centurio.*

D. Hieronymus, cui Eccleſia nomen adſcribit Doctoris maximi in ſuperlatiuo gradu, transferens ex Græco in Latinum quaſdam Homilias, ab Origene compoſitas ſuper Cantica, & S. Pontifici Damaſo eas dedicans, vtpote meliores, quas Origines ſcripſit, notum nobis facit, quod licet Origenes in multis errauerit, in iis tamen quæ bene ſcripſit, me-

a D. Hier. Tom. 7. In præfat. ad Hom. Orig. in Cant.

ſam cæteris præfixit Doctoribus: vel vt ipſe ait: in Cantica Canticorum, ipſe ſe vicit. (a) *Omnes Doctores vincit.* Inter hæc, mihi videntur, reputari poſſe tria verba, quibus difficillimam D. Ioannis Aquilæ regalis expoſuit ſententiam; quando loquens de Chriſto ait: *Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Noſſe cupis, quis fuerit Chriſtus? ſcito: erat lux vera, tam potens, vt illuminaret omnem hominem venientem in hunc mundum. Confeſtim occurrit circa hæc verba difficultas, qua ratione omnem hominem illuminat, ſi plures, etiam ex illis, qui eum circumdabant, non ſolùm luce eius non fuerint illuminati, ſed obtenebrati & obcæcati, eius ſplendore & præſentia: ſi noctis obſcuro facem accenderes, & eo momento, quo lux eius radiaret eam quidem aliqui viderent, ſed alij ex illa obcæcarentur non fas eſſet tibi dicere, quòd omnes illuminet. Quot, dixeris mihi ex Chriſto luce fuere obtenebrati? Ipſemet magnodolore, fatetur hoc ipſum Nicodemo: *Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem.* Inſuper & Ioannes Euangeliſta, clarè cum ſumma admiratione declarauit: tractans enim, quomodo Diuinus ille Sol poſtquam Zodiacum ſuum percurriſſet, vellet ſubſiſtere, non tantùm, omnes non illuminauit, quinimo clarioribus lucis ſuæ radiis multos obcæcarit: vt prædixerat Iſais: *Cum autem tanta ſigna feciſſet coram eis, non credebant in eum, vt ſermo Iſaiæ compleretur. Excæcauit oculos eorum.* q. d. Tantus extitit ſplendor radiorum lucis eius, vt eis oculos obcæcarit. Quimmo, ait Apoſtolus: hinc nata eſt occaſio eum crucifigendi: quòd eum non cognouerint: *ſi enim cognouiſſent, numquam Dominum gloriæ crucifixiſſent.*

(a) Hazia ya á los Doctores vencido. — Ioan. 1. 9. — Ioan. 3. 19. — Iſa. 6. — Ioan. 12. 37. — Orig.

Admirabiles conceptus ediderunt Sancti, ad verba illa declaranda, verum ante omnes ſubtiliter paucis verbis Origenes expoſuit: *Illuminat autem hominem, quoſdam vt lateres, alios vt adamantes & ſpecula.* Omnes illuminauit, ſed non omnes eodem modo lucem eius receperunt quidam enim vt lateres, alij vt adamantes & ſpecula eam receperunt. Oritur Sol ſplendens, quaquauerſum radios ſuos extendit, per mundum lucem ſuam diffundit vniuerſum; & quidquid in eo eſt, illuminat: *Sol illuminans per omnia reſpexit, & gloriâ Domini plenum eſt opus eius.* Verum licet omnia illuminentur non tamen æqualiter: ſed magna cum differentia; ſumpta ex illa quam inter ſe habent. Aliqua illuminat tantùm ſecundùm exteriorem partem, quæ ab interiori manent in obſcuris tenebris, abſque lucis alicuius radiolo, vel veſtigio. Alia ita lumen recipiunt, vt interius ſint pellucida, quaſi ſplendentes faces: Illuminat ſol lapides, & idem illuminat adamantes & ſpecula: verùm cum ſit lapis fruſtum luti, ex qualitatibus terrenis luci contrariis: quia eſt corpus opacum, in exteriori parte tantummodo illuſtratus, in interiori manet obſcurus; Adamas autem eſt velut particula quædam cæleſtis, diſpoſita luci recipiendæ, cum ſit corpus tranſparens: en quomodo radiis ſuis talem reddat, vt fons quidam lucis videatur, qui ex eo oculis veſtris irradiat. Sic declaratur locus iſte (ait Origenes.) *Illuminat omnem hominem, quoſdam vt lateres, alios vt adamantes & ſpecula.* Erant aliqui, vt lapides, habentes cor, obſcurum lutum, ob affectum rerum terrenarum; erant lateres duri, craſſi malitiâ: præterea, ſiquidem illos illuſtrarit lucis ſupernæ ſplendor, & doctrinæ ſuæ radiis eorum illuminarit aures, fulgore ac miraculorum eorum oculos, in anima tamen palpabiles tenebras patiebantur. Tales fuerunt Scribæ & Phariſæi.

Eccleſ. 42. 16. — I. Varij modi illuminandi.

Alij vero fuere velut ſpecula & adamantes; 3
qui licet ante iacuerint in tenebris, vt ſol iſte ortus eſt, & eis lucis ſuæ radios diffudit, adeo corda eorum penetrauit; vt ſtellæ radiantes euaſerint. Tales fuere Apoſtoli, de quibus D. Paul. *Nos reuelatâ facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur. à claritate in claritatem.* Sancti Græci Patres legunt. *Gloriam Domini inſpeculantes:* quod ſignificat, (ait D. Chryſoſt. ad Corinth) recipimus gloriæ radios ex Chriſto in nobis ipſis, velut ſpecula. Irradiat ſol ſpeculo cuius talis eſt diſpoſitio & tranſparentia, vt in intimis plenè ſic ſolis radios recipiat, vt in ipſummet ſolem transformari videatur, proinde ex ſe tam lucidos emittit, vt qui eum intuetur, illuminetur; & ex ſolis claritate prouenit in ſpeculo tantus fulgor, vt velut fons lucis, lucem ex ſe diſpertiat. Hoc eſt, *à claritate in claritatem.* Hoc, inquit Apoſtolus agitur in nobis, qui velut ſpecula luce ſolis Chriſti illuſtrati, in animis noſtris ab intus ita clarificamur, vt ex nobis aliis lucem diffundamus, mundum illuminemus, perficientes verbum Chriſti ad ſuos: *vos eſtis lux mundi.*

2. Cor. 3. 18. — Hom 7. in 2. ad Cor. — Matth. 5. 14.

II. Chriſti lux variè mortales illuminat.

Hanc doctrinam ſpeculatiuè propoſitam, nobis hodie demonſtrat D. Matth. in praxim redactam, & opere completam. Aſcendit Chriſtus (ait) montis cacumen, vt clariſſimus ſol mundum illuminaturus, ex ſe clariſſimos ſcientiæ ſuæ radios emittit, (prædicabat enim doctiſſimè) & pariter miraculorum: deſcendens enim patrauit nac-

quam

quam plurima, vt quotquot eum tangerent, ſanaret; & particulariter, cum ad pedem montis ſubſiſteret, leproſum mundauit, præcipiendo
Matt. 8. 3. tantum: *Volo; mundare.* Vbi Capharnaum proximus erat hic mons, proinde ſtatim ad illum lucis ſuæ radij peruaſerunt, famâ præcurrente, quæ de cunctis hiſce prodigiis peruolabat; Hanc verſus Chriſtus iter ſuum arripit, eam ingreditur, tum omnes illuminati; verumtamen, quidam vt lateres; Phariſæos, Scribas & Sacerdotes intelligo, quorum magnus illic numerus habitabat: ad quos cum lux illa perueniret; Audierant enim famam celeberrimorum Chriſti miraculorum, inſuper & oculos eorum perſtringeret (multi enim ea viderant) lux illa tamen corda illorum minimè penetrauit, aut perluxit: cum diuinæ perſonæ non cognoſcerent eſſentiam. Verum enim verò fuit illic præclarum ſpeculum Romanorum cohortis Centurio: nam ſolis primis radiis ad eum accedentibus famæ Chriſti, adeo lux Diuina cor eius peruaſit, vt adinſtar fulgidiſſimi ſpeculi, radios ex ſe emitteret clariſſimos, in Chriſti Domini cognitione. O quæ fides tam viua, quæ poſt ſe relinquit perfectiſſimos in fide Iſraelitas? Quæ charitas adeo flammiuoma, quod cor tam humile, quæ humilitas tam ſubmiſſa, quæ perſonæ Chriſti confeſſio tam integra? quæ proteſtationes tam omni ex parte completæ, quæ reuerentia tam religioſa, quæ religio tam ſapiens, qui virtutum actus tam heroici? Admiratur hunc D. Baſil. & earum, quas in ipſo conſiderat: virtutum magnitudine ſtupefactus
D. Bas. Hom. in Cord. 4 … Centurio. ait: *Inter arma ſanctus, inter ludos militum iuſtus, inter aureos balteos humilis, orationis magiſter effectus.* Nec multum, D. Baſil. admiratum tantam fuiſſe lucem, cum ipſe ſol Chriſtus eam ſit admiratus. Et nos illam conſideremus, & faxit Deus, vt illuminemur.

*§. 2. Prodit Eccleſia cum milite Gentili ſancto, qui negligentiæ veſtræ rationes, ne ſancti ſitis, exſcindat.*

☞ 4 CVm ſit hoc ſpeculum tam lucidum, & adeo fulgidos à ſe emittat virtutum radios, quibus nos modum agendi cum Deo doceat, Eccleſia illud nobis ob oculos ponit, ſtatim in principio Quadrageſimæ, vt ſimul ex illo noſtram confundat negligentiam, & radicitus
D. Amb. Serm. 7 de militantibus, To. 5. cunctas noſtras exſcindat excuſationes. Aggreditur D. Ambroſ. inſtituere concionem de militibus, & notat quod Deus per illos velit plurimos conuincere, qui reprehenſi ob ſuas libertates, diſſolutiones, peruerſos agendi modos, deuotionem flaccidam, ſocordiam in Sacramentorum frequentatione, in excuſationem prætendunt obligationem ſeu vinculum ſtatus ſui: *Quod ipſi gerunt, officiis ſuis adſcribunt.* Si nobilem interroges, vt quid ſic mundi vanitatibus addictus viuat, reditus ſuos immodicè prodigens, eleemoſynas non largiatur, debita non ſoluat, grauet ſibi ſeruientes? Reſpondet, hoc à ſe exigere ſtatum ſuum, nec poſſe principale ſuum conſeruare, niſi illo modo viuat. Si adoleſcentem arguas, cur ſic effrænis, libertinus, immemor Dei, ac cæli, hanc inquietans, illam ſollicitans, tempus nugis deperdens? Reſpondet, hoc ſecum ducere iuuentutem, feruere ſanguinem, & eo modo viuere ſibi coæquales. Si mercatorem adeas: quare ne paruo quidem tempore ſeſe recolligat, vt cum Deo vitæ ſuæ inſtituat rationes, quas cum habeat valde confuſas & in longum dilatas, iuſtum fore, attendat diligenter, & debitorem & debitum, & cum debitum ſit infinitum, vix vlla, ſeu minima ſit ſolutio? Reſpondet, his ſtatum ſuum locum ſeu tempus non concedere, qui tot eum deuinciat correſpondentiis, cum altero mercatore cambiis, cenſuum conſtitutionibus, vt ſibi ad alia nullum ſuperſit tempus. Si opificem manuarium reprehendas: cur tot dolis, fraudibus ac mendaciis circumueniat proximum? Reſpondet, quòd ſine illis officium ſuum minimè poſſit ſuſtentare. Si ab vxorato requiras, quid ſit quòd vnâ per diem horâ ſe non ſubducat, legendo ſuum roſarium, perſcrutando animam ſuam, ſe ad recipienda dona cæleſtia diſponat? Reſpondet. Domine ſtatus meus hoc mihi non permittit, qui tantis me obſtringit nodis, vt iam dixerit D. Paul. *Qui cum vxore eſt, ſollicitus eſt* 1. Cor. 7. 33.
*quæ ſunt mundi.*

Magnam excitas ſeditionem (ait D. Ambroſ.) D. Amb.
criminum tuorum culpam ſtatui & officiis imputando, cum officium ſeu ſtatus, culpam non habeat, ſed malitia tua, & cor inordinatum: nullus enim eſt ſtatus, ætas nulla, nullum in Eccleſia officium, in quo Deo ſeruire non poſſis, & bonus euadere, ſi modò vitam rationis legibus conformem duxeris, quibus quilibet ſtatus innititur. *Cunctis officiis in ſacris litteris præſcribitur forma viuendi omnis ad bene agendum prouocatur ſexus, ætas & dignitas. Nemo igitur publicis ſe excuſet actibus.* Hoc tibi non negauero, ſtatus aliquos eſſe magis liberos, & ampliores præbere occaſiones Deo ſeruiendi, præ aliis; ac in quibuſdam maiora occurrere acquirendæ perfectioni quàm in aliis,

im pe-

impedimenta : patet enim ſtatum Eccleſiaſticum & religionis aptiorem eſſe, & multo minora ſecum trahere obſtacula perfectioni, quàm ſæcularem. Hoc autem tibi confirmatum volo, in ſtatu nobilis, juuenis, mercatoris, miniſtr, vxorati, ſerui, & militis, te ſanctitatis poſſe apicem adipiſci.

D. Chr. Ser. 9. tra. Iudæos Gentiles & Hæreticos de nuptiis. Tom. 5. Epiſt. 9. ad ſaluia.

Proſequitur hoc argumentum magnâ ſuâ eloquentiâ D. Chryſ. (*Multi nuptias prætexunt, alij filios, alij militiam, alij negotiationem, alij artificium, alij ſeruitutem, alij diuitias, alij inopiam. Volo declarare vobis, quod neque diuitiæ impediant, neque inopia, neque militia, neque negotiatio, neque nuptiæ, neque pueri, neq; ſeruitus, neque opificium.*) Ad hujus probationem mirabilem texit inductionem, quam etiam colligit D. Hier. idem intendens confirmare. Quid ais, vxoratum te, & ſtatu illo detineri, ab oratione, pietate, & jejunio? Vxoratus fuit & Moyſes, qui tamen vnâ & alterâ vice quadraginta dierum & noctium jejunio ſeſe diſponebat, vt familiari cum Deo conuerſatione potiretur. Vxoratus fuit & D. Petrus, lapis Eccleſiæ fundamentalis, & vt omnes nouimus, tam perfectus euaſit. Vxorem habuit Iſaias, & ipſe fatetur filium ſe procreaſſe Iaſub, (ait D. Chryſ.) qui adeo rebus diuinis & cæleſtibus erat viſionibus diſpoſitus, vt videre meruerit. *Dominum ſedentem ſuper ſolium.* Sanctorum Machabæorum matrem, à ſanctitatis perfectione, filiorum ſeptem educatio minimè retardauit, quinimo, & ipſos illa ad virtutem laudatur promouiſſe. Hæc ergo, illi ergo, ſunt Eccleſiæ ſoles lucidiſſimi.

Hom. 4. in Vid. Dominum. Iſai. 6. 1.

II. Refelluntur objectiones exemplis.

Quid audio? te Principem, Dominum ac Nobilem! Princeps fuit Dauid, fuerunt & Ezechias & Ioſias; de quibus Dominus teſtatur, fuiſſe ſanctos & ſibi amiciſſimos. Quid igitur: diues es? Diuites fuerunt, Abraham, Iſaac, Iacob & Iob, & ex ipſis divitiis media ſumpſerunt ad majorem virtutem & ſanctitatem. An quia juvenis? Talis fuit & Daniel, tales & ejus comites, qui in Babylonia inter idololatras adeo caſti, puri, & jejuni vixerunt, vt cæleſti roborati auxilio flammantem Babyloniæ fornacem potuerint ſuperare, quinimo & ipſe Daniel, non ſemel ora leonum legitur obturaſſe, rem vt planè admirabilem perpendit D. Paul. cum de illis ait. *Obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis.* An te ſeruitus premit? Talem video Oneſimum, & quidem talem, vt herum ſuum Philemonem ad perfectionem promouerit, inſuper & D. Paulo in piis officiis adjutor fideliſſimus, vnde de illo Philemoni Domino ſuo in eius laudem ita ſcribit. *Mihi & tibi vtilis fuit.*

Hebr. 11. 33.

Ad Philem. vers. 11.

Quis (amabo) vxoratum te retrahit, nè vel paruo tempore cum Deo poſſis conuerſari, & vt Moyſes agere familiariter? Quis, te diuitem impedit eleemoſynas largiri, vt Abraham? quis te nobilem, auctoritate tua, pauperi viduæ, pupillo te præbere defenſorem, vt Iob? Vt verò his nihil opponas aut replices, en tibi militem, qui talis totâ ſuâ vixerat vitâ (non enim dux crearetur, niſi ante talis extitiſſet) Sanctum, pium, fide viuâ, religione pia, feruenti oratione, profunda humilitate, ardenti charitate, tam perfectum, qui inter fiſtulas, tympana, lanceas, gladios, & continuos tumultus bellici apparatus ſeu fragores, ſanctiores totius Iſrael longius antecurrit, quem ipſe Chriſtus admiratur: *non inueni tantam fidem in Iſrael.* Quem dixeris mihi ſtatum à virtute magis alienum, qui plura offerat obſtacula perfectioni, qui rationes obtendat efficaciores recollectioni, pietati, deuotioni, humilitati & homini dedito orationi? nullum, præter militiam; in qua agitur vita in ſtrepitu, & fragore militari, perpetua cura hoſtem aggrediendi, repedandi, & propriæ vitæ diſcrimine. Quis ſtatus plures ingerit libertati & diſtractionibus occaſiones? Hic ſemper vigent bombardæ, gladii, chartæ luſoriæ, alearum luſus, occurſus & ingreſſus, mulierum & vaſorum? quis ſtatus ad immunditias, ſtupra, adulteria, furta, rapinas, crudelitatem procliuior? Vt rem certo certiorem ait Poeta Lucanus.

Lucan. lib. 9.

*Nulla fides, pietaſque viris, qui caſtra ſequuntur.*

Lib. 20. contra Fauſtum c. 9. & L. 22. c. 14 Tom. 6.

Hanc ob rationem, (vt notat Ariſtoteles, & proſequitur D. Aug. ſapientiores Poetæ quos Theologos dicebant, fabulati ſunt, Deam Venerem, Cupidinis matrem, Vxorem Vulcani, Fabrorum Deorum deprehenſam cum Marte militiæ Deo in adulterio: adulteria enim inter milites maximè regnare nullus inficiatur, ibi etenim plures vigent occaſiones, & comeſſationes ac ebrietates, quas D. Paul. impudicitiis conjungit, dum ait: *Non in commeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis.*

Rom. c. 13 13.

III. Vita militaris plerumque ſceleſta.

Dic mihi vbi magis locum habeant, furta, rapinæ, deprædationes, direptiones, grauamina, quam inter milites? Et ſiquidem hæc inter illos vigeant etiam modò, multò tamen magis hæc inter Gentilium milites locum habebant, qui ſicut viuebant, ſine fide, ſine Deo, ſine legibus, ſine timore gehennæ, & ſine ſpe præmii cæleſtis; tota eorum vita, mores & actus, adulteriis, ſtupris, rapinis, latrociniis, deprædationibus conſtabant. Refert D. Aug. colloquium, (relatum à Salluſtio, quem prænotat: *Nobilitata*

*veritatis autorem*) habitum à primo illo Imperatore, & celeberrimo Duce Iulio Cæſare, coram Romano ſenatu; vbi agit de militia, & ait vitam eorum qui caſtra ſequuntur omnimodo componi rapinis, adulteriis, periuriis, ſacrilegiis,

D. Avg. Lib. 1. de Ciuit. c. 5. Tom. 5.

iniuriis: *familiare eſt enim bellis* (ait) *puellis inferre vim, puerulos diripere, ab vberibus illos matrum diuellere, vxoratos lædere, mulieres violare,* cunctis quantum poſſunt, iniuriari, vt nec ipſis Diis parcant; eorum templa deprædari, aras profanare. *Rapi virgines, pueros, diuelli liberos a parentum complexu:* Hinc Spiritus S. ait, quod inter milites: hæc conuerterentur, & idem ſignificarent, ad bellum procedere, & adulterare ac ſtuprare. Proinde agens de Philiſthinorum exercitu, qui ad bellum egrediebantur: hoc

2. Reg. 13. 17.

quod noſtra vulgata lectio legit. *Egreſſi ſunt ad prædandum de caſtris Philiſthinorum, tres cunei ad præliandum.* Hinc Chaldæus & Græcus textus, ſecundum Septuaginta: *Egreſſi ſunt ad corrumpendum.* Porro apud Aſſyrianos milites, erat hoc tam frequens & familiare, vt teſte Spiritus S. lex eſſet, quòd velut infamis ille miles haberetur, qui mulierem intactam dimiſiſſet, quam

Iudith. c. 12. 11.

potuerat violare: *Fædum eſt enim apud Aſſyrios, ſi fœmina irrideat virum, agendo, vt immunis ab eo tranſeat.* Furta, rapinæ, deprædationes illis erant tam frequentia, & tam perfricta ac libera fronte committebantur, vt hæc duo conuerterentur: miles & latro, ſeu prædo: & communi idiomate nomina eſſent ſynonyma, qui in omnibus, & per omnia idem ſignificarent. Ita notat Varro autor antiquiſſimus. *Veteres, latrones, milites vocabant.* Idem confirmat Sextus Pompeius &

Lib. 6. de lingua latina. Lib. 10. in mil. Vide Riberam in c. 7. Oſeæ n. 2. Lib. 2. Reg. c. 4. 2 Lib. 4. in c. 18. Hier. Hier. 18. 22. Oſe. c. 7. 1

eo ſic vtitur Plautus Poeta celebris: denique ſacra Scriptura, quos dixit latrones, eoſdem dicit milites; dum loquitur de duobus illis latronibus, occiſoribus Iſboſeth: *Erant duo principes latronum.* Originale legit: *Erant duo principes militum:* inſinuans tam grauiter accipi latrones, ac milites. Hinc deducit D. Hieron. quod aptè volens Hieremias prædicere, quòd Deus miſſurus eſſet Nabuchodonoſor & milites eius aduerſum Hieruſalem, ait: *Adduces ſuper eos latronem repente.* Item propheta Oſeas, dum deſcribit Ducem exercitus introeuntem, de eo ſic loquitur: *Ingreſſus eſt fur ſpolians & latrunculus foris.* Ecce, (dicunt D. Chryſoſtom. & D. Ambroſ.) ſtatum illum, qualis ſit, adeo perditum, deſtructum, alienum à bono, implicitum occaſionibus. Nihilominus poterant in eo eſſe boni & ſancti, ſi militiæ legibus vellent obtemperatores

Et ita videbis, (ait D. Ambroſ.) dum etiam milites D. Ioannem Baptiſtam accedunt, eiuſdem prædicatione compuncti, quem ſic conſulunt, *quid facimus & nos?* non eis præcepit, vt militiæ cingulum deponerent, at vt ſecundum rationis iudicium, qua regitur, viuerent: Audite ipſas regulas. *Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti eſtote ſtipendiis veſtris.*

Luc. c. 3. 14.

Et hanc ob rem etiam per illos vult Deus nobis pudorem incutere, & noſtros refellere prætextus in ſuo hoc Euangelio. Refert Diuus Baſil. de Sancto Martyre Gordio Centurione quòd inter ſalutis ſuæ timores, ex eo quòd militiam ſequeretur, hoc eum magnopore ſolaretur, quod videret perfectiſſimos ac præcipuos Sanctos ex Gentilitate conuerſos, fuiſſe milites; qualem nobis hodie ex his vnum proponit S. Euangeliſta.

Hom. in Gordium Centurionem Martyrem.

## §. 3. *Tribus militibus, quorum duo Hiſpani, confundit Euangeliſta veſtras obtentiones: inter hos cenſetur noſter Centurio Hiſpanus.*

TRes Capitaneos licebit inuenire, qui omnem vitam ſuam inter armorum fragores egerunt, & perfectiſſimum fuerunt fidei exemplar, charitatis, orationis, pietatis, eleemoſynæ & juſtitiæ prototypon. En tibi Centurionem, militem veteranum, emeritum, de quo referunt Euangeliſtæ: Qui dum Iudæorum populus Chriſtum in cruce pendulum blaſphemat, & vt rabidi leones, milites occidunt, fugerant Apoſtoli, Iudas eum vendiderat, Petrus negarat, & omnes deſeruerant, ecce prodit in medium, intimidus, audax, & ita cœleſti luce perfuſus, vt inter medias profundiſſimæ noctis tenebras, Chriſtum agnoſcat, confiteatur, & filium Dei liberrimè proclamet: *Vere filius Dei erat iſte* primus Chriſti mortui annuntiator & prædicator.

Matth. Marc. Luc.

*Recordor*, (ait inuictus ille martyr Gordius fiduciam ſuam excitans:) *Centurionis illius, qui adſtans Cruci Chriſti, eius Diuinitatem per ſigna facta cognoſcens, non eſt veritus Iudæos furentibus, nomen eius palam fateri, quod enim animo ſenſit, ore ſubitò manifeſtauit: dicens, Vere filius Dei erat iſte.*) Intuere, (monet D. Bernard.) inter tam palpabiles tenebras, tantam lucem, & inter tam horrendas blaſphemias tam præclaram confeſſionem: *Vitam in morte agnouit.* Videtur autem D. Hieronym. in eo completum eſſe quod Abacuc propheta prædixerat: Filium Dei in medio duorum latronum cognoſcendū:

D. Baſil. Hom. in Gord. Mart. Tom. 1. D. Bern. Ser. 2. Ep. In c. 3. Abac. & D. Aug. Lib. In.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*In medio duorum animalium cognoſceris.* Quod alii legunt: *In medio duorum latronum.* Suſpenderunt eum inimici inter duos celebres latrones medium: vt quiſquis eum eadem videret ſententia damnatum, cum cæteris parem crederet, & hoc modo prorſus eſſet incognitus, eiuſque virtutes obliteratæ etiam iis, qui eum propter ſua miracula fuerant confeſſi; Parum hoc tibi, Domine, nocebit, ait Propheta; in medio enim eorum, erit, qui te cognoſcat, proclamet, prædicet: Quis ille, quæſo te? Centurio, qui licet in militia temporali fuerit Capitaneus, nobilior tamen in ſpirituali, in qua ſeſe ipſum in fronte, ac inter primipilos ſtatuit, claram de perſona Chriſti promulgans confeſſionem, vt eum omnes pariter milites ſequerentur; facti prædicatores & confeſſores Diuinitatis, eius qui in cruce medius inter duos prædones moriebatur. *Centurio & qui cum eo erant, cuſtodientes Ieſum:* &c. de quo refert D.Chryſoſtom. quod poſtmodum fuerit, inuictus Martyr, & celebris gloriæ Chriſti prædicator. O qualem militem, quo noſtra poteſt illuſtrari Hiſpania; fuit enim Hiſpanus, nomine Caius Oppius. Ita teſtatur antiquus Lucius Dexter vir præclariſſimus, Sancti Paciani Epiſcopi Barcinonenſis filius legitimus, in libro quem obtulit D.Hieronymo amico ſuo integerrimo, de quo ipſe Hieronym. *a* ſæpius laudabiliter meminit, ei celebrem illum librum dedicans, cui titulus: *De ſcriptoribus Eccleſiaſticis*, vbi de eo hoc legitur encomium: *Clarus apud ſeculum, & Chriſti fidei.* Ex Hiſpania igitur prodiit primus Diuinitatis Chriſti mortui prædicator: & qui inter magis horrendas Chriſti iniurias, blaſphemias, & calumnias, pro eius honore ſtetit immobilis; quinimo D.Bernardus huius de Chriſto confeſſionem non veretur præferre, latronis confeſſioni: qui ſi eum vt Regem proclamarit. *Domine memento mei, dum veneris in regnum tuum.* Hic eundum verum, & naturalem Dei filium confeſſus eſt. *Vere filius Dei erat iſte.*

Hab. c. 3. [margin: ...de ciuit. Dei c. 32. Abac. 3. 2.]

Matt. 27. 54.

D. Chr. Hom. 8. in Matt. Tom. 2.

L. de omnimoda, hiſtoria in Catalogo ſcript. Eccl.

a D. Hier. L. de Script. Eccl. & l. 2. Apolog. ad Ruffin.

D. Ber. Serm. 2. de Epiphan.

Luc. 23. 42.

O Milites Hiſpani, en quali gaudetis Capitaneo, en Hiſpanum in ſtatu militari perfectum, qui vobis dicat, & vos in ſtatu veſtro poſſe perfectos euadere. Alius eſt ille, de quo refert D.Luc. Euangeliſta fuiſſe primum ex Gentibus, qui à D.Petro baptiſmi donum popoſcit, tam præclaris circumſtantiis, & ab Euangeliſta diligenter annotatis, vt quælibet earum fuſas requirat conciones. *Vir quidam erat in Cæſarea, nomine Cornelius, Centurio cohortis, quæ dicitur Italica.* Hunc volunt aliqui trahere originem ex familia Romanorum Cornelia ita Bozyus. Qualis verò fuerit eius vita, ita deſcribit Euangeliſta: *Religioſus, ac timens Deum cum omni domo ſua, faciens eleemoſynas multas plebi, & deprecans Deum ſemper.* Admirare Epithera: quid amplius requiras in perfecto Religioſo, ac Prælato piiſſimo? Has eius virtutes expendunt D Baſil. *a* Diuus Chryſoſtomus. *b* Diuus Hieronimus. *c* Religioſus, pius, ac timens Deum, cum omni domo ſua quæ Religioſorum conuentus haberetur: quis vnquam talem vidit militis domum? magnus eleemoſynarius, & in oratione continuus, *Deprecans Deum ſemper.* Quid hoc: Capitaneus cui ex officio incumbit inter milites conuerſari, *& deprecans Deum ſemper?* In medio excubiarum, & quando magis videbatur verſari inter fiſtulas & tympana, magis orationi deditus, magis corde ſurſum in cælo, quam corpore in terra demoratur: quàm & vos ſimiliter poteſtis aliquantulum temporis impendere orationi, & plures etiam horas: quàm bene & vos ſimiliter poteſtis viuere tam exemplariter, vt ad veſtrum exemplum, omnes veſtros domeſticos ædificetis ad meliorem frugem. Ecce militem tanti meriti, vt publicè & palam cum eo Angeli conuerſentur. *Is vidit in viſu manifeſtè, quaſi horâ diei nonâ, Angelum Dei introeuntem ad ſe.* Certè vides ei militiam obſtaculo non eſſe, quo minus agat cum Angelis & ſanctus euadat. *Nihil nocuit militanti* (ait D. Hieronim.) *paludamentum, & baltheus, & apparitorum caterua.* Habitu & exercitiis miles, legem Dei obſeruabat, tanti meriti, tantæ orationis vir, vt mores corrigeret domeſticorum, & cohortis ſuæ promoueret ſanctitatem. Aute, ne militem quidem, non confundet, & te, qui minoribus detineris impedimentis, non compellit ad pietatem? Certè quàm maximè.

Act. 10. 1.

L. 22. de ſignis Eccleſiæ c. 1.

a Hom. in Gordium Martyrem

b Hom. 1. in 1. ad Cori.

c Epiſt. 9. ad Saluin

Act. c. 10.

D. Hier. Epiſt. 9. citat. Tom. 3.

Tertius ſit, de quo in hodierno Euangelio moratus Capharnai centum militum dux: quem conſideres, adeo pium ac religioſum, vt Deo Synagogam exſtruat, & animarum ſaluti; qui Sacerdotes veneretur, qui fide viuat, ardeat charitate, humilitate deprimatur, ferueat oratione, & Dei cognitione adeo profecerit, vt Sanctorum pene dixerim omnes, in virtutum eius encomium linguas ſuas impendiſſe videantur; quid plura? Chriſtus ipſe earundem ſplendore ſtupefactus fidei ipſius agit prædicatorem.

*Non inueni tantam fidem in Iſrael.* Hoc verò Chriſtus dixit, vt dum eum audis fidei Centurionis laudatorem, oculos tuos ad eum deflectas quo eum poſſis imitari. *Admiratus fuit*, ait D. Chryſ. *vt tantâ turbâ hominum præſente, atque audiente, imitandum ipſum cæteris propoſuerit.* Simul aduerte & hunc fuiſſe Hiſpanum (teſte Lucio dextro) quem licet D. Pet. Chryſol. nominet Romanum, non ob hoc dixit, quòd genere talis eſſet, verùm quia quòd ſpectet ad militiã, dux ſeu miles erat Romani Imperii; ob quam rationem à quibuſdam vocatur: *Miles Romanus*, & à D. P. Chryſ. *Romanæ cohortis Centurio*. Porrò natione ſeu genere fuit Hiſpanus In hoc milite igitur Hiſpano, fides Chriſti Ieſu tam perfecta floruit, vt eam ipſe Chriſtus admiraretur, & poſt ſe relinquat cunctos Iſraelitas, omnem Dei populum. Audire lubet D. Chryſ. *Centurio primus fructus ex Gentibus, ad cujus fidei comparationem, omnium Iudæorum fides infidelitas eſt inuenta.* Adeſte Hiſpani, adeſt miles Hiſpanus hodie nobis exemplar propoſitum, inter lanceas, & ſcuta, gladios educatum, ad ſonitum fiſtularum, tubarum ac tympanorum euocari conſuetum, piiſſimæ tamen orationis ſtudio intentum, deuotionis, & profundæ humilitatis prototypon: Quid vos ad hæc? vos quibus perſuaſum eſt militiæ ſtatum locum & tempus negare horariæ orationi; humilitatem aſpernari; quinimò occaſionem ex illo ſumitis ſuperbiendi, pauperem infirmum deſpiciendi? Hic vos in die judicii, vt Niniuitæ Iudæos, condemnabit. Vt verò vobis id minimè contingat, Ecce miles, obſtupeſcite, ecce exemplar, imitamini.

D. Chr. Hom. 27. in Matt, Tom. 2.
Ser. 102.
Ser. 15.
D. Chr. Hom. 22. in Imperf. Tom. 2.

§. 4. *Acceſſit Chriſtum Centurio per Iudæorum ſeniores, quod enim per alios agis, hoc per te agere cenſeris.*

10 CONſidéremus modò particulariter, qua ratione Capharnai quidam radiis lucis Chriſti illuminati ſint, vt lateres; alii vt ſpecula. In montis cacumine Chriſtus prædicabat, ex quo deſcendens, millena patrabat miracula, ſic rem narrante D. Luca, etiam in iis, qui vel filum tangerent eius veſtimenti. Vlterius progreſſus verſus Capharnaum, occurrit illi *vir plenus lepra*, Gratiam poſtulat mundationis, quam illi Chriſtus continuò ſolo verbo præſtitit. Cui poſt emundationem duo Chriſtus præcepit, Primum, vt miraculum ſilentio tegeret, nec cuiquã hominum reuclaret. Secundũ, ut ſe ſacerdotibus jam mundatum oſtenderet. Quo vltimo ſuo præcepto Chriſtus voluit, inquit Orig. vt Sacerdotes ejus diuinam virtutem teſtarentur; erant enim hi Iudices à Deo conſtituti, & examinatores, num vera eſſet infirmitatis iſtius curatio; vt per hoc ipſimet oculis ſuis intuerentur quàm integrè leproſus ille à ſua ſanatus eſſet immunditia. Hoc ſecundum Chriſti præceptum leproſus adimpleuit, non verò primum quin potius intrans Capharnaum, & pleno gutture vociferans miraculum proclamauit, quod vnico verbo Chriſtus in ipſo fuerat operatus: ita D. Marc. *At ille egreſſus cœpit prædicare & diffamare ſermonem.* Diffamare verò hoc loco ſignificat famam ac nomen ejus extendere. Videns qua ratione diuinus ille Sol lucis ſuæ radios in Capharnaum ciuitatem diffuderit, efficiens, & adimplens quod de ipſo prædixerat Abacuc, juxta lectionem Septuaginta, quam ponderat D. Aug. *Ante faciem ejus ibit verbum.* Noſtra verò vulgata lectio legit: *Ibit mors:* & ſignificat expediebat, vt rumorem primum ſpargeret de ſe priuſquam diuinus ille Sol ciuitatem aliquam ingrederetur, (a) idque fama de miraculis eius præuolante: hæc enim radius quidam erat lucis, quem præmittebat, vt initium quoddam daret cognitioni ſuæ diuinitatis. Eodem plane modo egit, dum Samariam ingrederetur, primùm enim beatam illam mulierem elegit, quæ egreſſa fuerat ad hauriendam aquam, vt ante ſe in ciuitatem reuerteretur, vocem extollens diffamando Chriſti perſonam, plenis buccis omnibus acclamans: *Venite & videte hominem*, &c. ita Capharnai, radios illos ſuæ lucis per leproſi jam mundati diffamationem, præmittebat; quibus alii illuminabantur vt lateres ſc. Sacerdotes & legis Doctores, qui licet cogitarent Chriſtum hominem pium, & ad ſummum Prophetam, non tamen eorum corda lux diuinitatis ejus penetrauit. Centurio autem illuminatus vt ſpeculum: quo namque momento famam de Chriſto percepit, *Cum audiſſet de Ieſu*, adeo cor eius cæleſtis illa lux perſuaſit, vt fide viua Chriſtum verum Deum crederet, cui vtiq; & ſeruire & obedire oporteret. Ita opinantur D. Aug. *a* D. Hier. *b* D. Ambroſ. *c* & D. Chryſ. *d* In cuius perſona populi Gentilis cœpit fides rutilare: quod Deus per Regium Prophetam prædixerat, plebis ſuæ Iudaicæ condemnans infidelitatem in peccatis ſuis inueteratæ. *Populus quem nõ cognoui, ſeruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi.* *e* Sic cũ nobis deſcribit Euangeliſta, vt adamantem pretioſiſſimum, & ſpeculum clariſſimum illuminatum:

Luc. 5. 12
Hom. 5. in diuerſ.
Marc. 1. 45.
Abacuc. 3. 5. LX.
Ioan. 4.
Luc. 7.

Cum

*Cum ingrederetur Ieſus Capharnaum, acceſſit ad eum Centurio.*

Vt hoc planius explicemus, nota quod circa verba hæc nata eſt aliqua difficultas, viſum eſt enim Manichæo Hæretico Fauſto Euangelii infenſo hoſti, D. Matth. & Lucã, in verbis illis poſſe argui contradictionis. ita D. Auguſtinus teſtatur, vbi contra eundem ſcribit. Dicebat enim hos duos Euangeliſtas inſcribenda hac de Centurione hiſtoria minimè conuenire, Matthæus enim de eo narrat; *Acceſſit ad eum Centurio.* D. vero Lucas, non eum acceſſiſſe, ſed miſiſſe dicit Seniores Iudæorum: *Miſit ad eum ſeniores Iudæorum.* Acceſſit, & non acceſſit, maximè diſcrepant. Porro non ſibi hæc contradicunt.

Lib. 33. contra Fauſt. c. 2. & 8. item lib. 2. de Conſen. Euang. c. 20.

II. Conciliantur Euangeliſtæ de Centurionis acceſſu.

Primo: an ignoras non eſſe mendacii argumentum, vnam eandemque rem diuerſis narrari verbis? cum hoc in teipſo experiaris; ſi enim rem vnam, quæ tibi contigit primum narraueris, ſi eandem denuo referre volueris, impoſſibile tibi dixero, eam ita uniformiter edicere poſſe, vt ne verba aliqua mutaſſe arguaris. Ratio ſit hæc, quam ſæpius repetit D. Au. & ad rem optime expendit, id quod Spiritus. S. narrat: Miſit Abraham Oeconomum ſuum Eliezer Meſopotamiam, vt filio ſuo Iſaac prouideat vxorem; vtrimque inter Abraham & Eliezer interciderunt verba plurima; dum ex eo Abraham poſtulat iuramentum, dum diſponit quid ei ſit agendum, ſi venire mulier recuſarit, aut parentes eam dare noluerint. Iter ſuum ſeruus aggreditur, & Rebeccæ occurrit virgini pulcherrimæ, circa aquarum fontem; quam cum agnouiſſet, recta in domum Nachor patris eius tetendit, cui cum itineris ſui cauſam expoſuiſſet, nimirum ſe miſſum ab Abraham, filio ſuo Iſaac, vxoris conquirendæ cauſa; & referens mutuum colloquium inter Abraham & ſe, clare videbis, quod eandem rem narret in ſubſtantia quidem, licet verbis planè non iiſdem: cum tamen eſſet ille ipſe, qui cum Abraham fuerat collocutus: deinde Scriptor huius colloquii inter Abraham & Eliezer, idem fuit, nempe Moyſes. Nemo enim tam vniformiter vnam eandemque rem narrat, modo hic, modò ibi: vt vtrobique eadem prorſus ſint verba. Quanto minus eadem erunt verba, ſi res eadem a duobis enarretur. *Hoc* (ait D. Augu.) *admonendum putauimus propter ſtultos & indoctos homines, qui Euangeliſtas hinc calumniantur, quod in aliquibus verbis, non omnino conueniant.*

Lib. qq. in Gen. 24.

D. Au. Tom. 3.

Secundo, deliras (ait D. Auguſt.) nec capis eos nedum ſibi non contradicere, quinimo miro modo conuenire: cum vnus narret, quid egerit Centurio, nimirum: quod ad Chriſtum acceſſit, alter modum exponat; quod in propria perſona non acceſſerit, ſed quoſdam miſerit interceſſores; Vulgare enim eſt, vt quod alienis perficimus manibus, ſeu aliorum opera, ſine præiudicio veritatis aut nota mendacii, dicamur hoc ipſum ipſi præſtitiſſe. Id probat D. Auguſt. ex modo loquendi, quo Deus ipſe vſus eſt, quando Moyſi, ad eliciendam de petra aquam qua populus potaretur, ſic ait: *Antecede populum, & ſume de ſenioribus Iſrael, & virgam, qua percuſſiſti fluuium, tolle in manu tua.* Totum attentus perlege ſacrum textum, nullibi reperies quod Moyſes virga fluuium quemlibet percuſſerit: quod ſi Nilum Ægypti percuſſerit, quo factum, vt aquæ in ſanguinem fuerint conuerſæ, & ranæ emerſerint coaxantes, tam moleſtæ Pharaoni ac Ægyptiis: hoc Moyſes non fecit, ſed germanus eius Aaron: *Dic ad Aaron, tolle virgam tuam, & extende manum tuam ſuper aquas Ægypti, &c. vt vertantur in ſanguinem.* Quomodo igitur ait Moyſi: *Virgam, qua percuſſiſti fluuium?* Quibuſdam verba hæc videntur difficiliora, proinde per fluuium intelligunt mare rubrum, quod Moyſes virga percutiens, continuo filiis Iſrael ad gradiendum aperiebatur. Verum tamen textui non convenit; nec ſunt verba ſic premenda, vt huic difficultati ſatisfiat: Sciamus igitur, quod ſi Aaron virga fluuium percuſſerit, fecit hoc, ſed ex præcepto Moyſi, ſic enim Dominus voluerat: *Dic ad Aaron. Tolle virgam.* Et quid hoc tanti, ſi ſic intelligamus, cum eodem loco Deus de ſeipſo dicat, quod ipſemet, virga percuteret, quam manu ſua tenebat, fluuium, vt aquæ in ſanguinem verterentur, & hoc, vt ſuam oſtenderet potentiam: *In hoc ſcies, quod ſim Dominus: Ecce percutiam virga quæ in manu mea eſt, aquam fluminis, & vertetur in ſanguinem.* Nec habet Deus manus, quibus virgam teneat, nec unquam eam ſumpſit, nec ipſe aquas fluminis virga percuſſit; ſed tantum ipſe Moyſi præcepit vt hoc Aaroni mandaret, & ſic factum eſt, vtente Deo manibus & opera Aaronis; ac proinde dicitur, quod ipſe manibus ſuis aquas virga percuſſerit.

Lib. qq. in Ex. q. 64. 2

Exod. 17. 5.

Exod. c. 7. 9.

Exod. 7. 17.

Hoc idem tibi dico (reſpondet D. Auguſt.) in hoc caſu: Acceſſit Centurio, ita D. Matth. non per ſe, ſed per internuntios Sacerdotes, *Qui per Sacerdotes rogat Chriſtum, ipſe rogare videtur,* ait D. Chryſoſt. Morti adiudicant iudices

D. Chry. ho. 22. in imperfect. Tom. 2.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

populi iuſtum Naboth, at periurum, & blaſphemum: ſic condemnatus, à populo lapidibus obrutus ſuffocatur: fiſco bona illius addicit Rex Achab. Citat Dominus Eliam, iniungit illi, Vade & dic Regi Achab: *Occidiſti inſuper & poſſediſti: Lues.*
3.Reg.c. 21.19.
Quid Domine: Non occidit ille: iudices eum morti addixerunt, populus eum lapidauit. Verum eſt, ſed ipſo negotium totum compoſuit, vxore ſua intermedia, quocirca ipſe ob ſuam auaritiam innocentem oppreſſit, & ut huius cædis auctor principalis, punietur. Exponit Ioab fidelem Dauidi militem Vriam, in fronte exercitus, vbi ei certa mors imminebat: hoſtes eum primo concurſu transfigunt. Mittitur à Deo Nathan, qui dicat Dauidi; *Vriam Hethæum occidiſti.*
2.Reg.12. 9.
O te traditorem! Fidum Vriam interfeciſti. Domine, non ille eum occidit, e at enim tum temporis in Hieruſalem, longe diſſitus ab exercitu. Sit ita: cum tamen ipſe occidit, ipſe mortis Vriæ reus: telam enim hanc ipſe texuit: ex cuius literis ſecuta eſt proditio hæc, & mors perfida. Et vos, o Iudices, eſtis qui fructus colligitis, qui peccatis mulierum veſtrarum conſentitis & vos qui puellas peruertitis, quas per tertiam perſonam ad peccandum pellicitis. & vt à talibus perditio earum à vobis exquiretur. Sic ſimiliter reputa, te dare xenodochijs eleemoſynam, quando eam per ſeruum tuum tranſmittis. Te redimere captiuum, cuius per eleemoſynas tuas litro cooperatis, & vt talem te Deus intuetur, vt tali ſibi remunerabitur, quodque & tu ſis qui ad Deum accedis, quando per Sacerdotes accedis, remiſſionem tuorum peccatorum efflagitans, & neceſſitatibus tuis poſtulans ſubſidium.

### *§. 5. Centurio Chriſtum verum Deum confitetur, dum ad eum accedit per ſacerdotes, quales ipſi ſunt mundo vniuerſo.*

12
Hom. 27. in Matth. & h. 22. in imperf.
HOc ipſo (teſtatur D. Chryſoſt.) voluerunt Evangeliſtæ inſinuare, quam illuminatus fuerit cæleſtis ille adamas, in Chriſti cognitione, & quam præclare illum verum Deum agnouerit. Nouerat Chriſtum ingreſſum Capharnaum quæri ad eum accedere, vt beneficium aliquod ab eo impetret, verumtamen per ſe ipſum accedere non præſumit, ſed ut internuntios & mediatores ſtatuit Sacerdotes quos D. Chryſoſt. autumat illos fuiſſe, quos D. Lucas nominat Seniores, quando dicit: *Miſit ad eum Seniores*; per hoc (teſte D. Chryſoſt.) indigitans, quam ex animo & ſincere crederet Chriſtum, Deum eſſe; cum ageret cum eo & eum reuereretur, ut Deum, cui proprium eſt, habere Sacerdotes, qui ex ſuo munere ſint ſequeſtri inter populum & Deum, ſintque illi qui principaliter orationes hominum Deo efferant: *Per Sacerdotes miſtens myſterium demonſtrauit, quod omnis populi petitio per Sacerdotem debet tranſmitti.*
Homil. 22. in imperf. Tom. 2.
Doctrinam tenemus Catholicam vnumquemque oratione ſua poſſe ad Deum accedere, & ei libellos offerre ſupplices, ſuis neceſſitatibus congruos: cunctis enim ait Dauid *Accedite ad eum & illum in amini, & facies veſtræ non confundentur.* Ps. 33. 6.
Cui innixes D. Paul. nos omnes adhortatur, vt accedamus ad thronum gratiæ? *Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ, vt miſericordiam inueniamus.* Heb. 4. 16.
Sed non minus Catholicam doctrinam tradunt D. Aug. a & D. Thom. b quod ſemper & in omni lege neceſſarii fuerint Sacerdotes, quibus ex officio incumberet eſſe medios inter homines & Deum, quorum miniſterio orationes eoram Deo offerrentur, & qui pro cunctis ſacrificia ded carent.
a Lib. 10. de ciuit. 4. & ſeq. b 2.2.q.85. & 3. p. q. 22. a. 1.
Ex Deo pendet hic mundus, non ſolum in fieri, quinimo & in conſeruari. Ipſe enim eſt, qui eum regit, gubernat, & de cuius munere venit quidquid boni poſſidemus. *Cum ipſe det omnibus vitam, inſpirationem & omnia; & in ipſo viuimus, mouemur & ſumus.* Act. 17. 28.
Nec datur vita, nec reſpiratio, nec quidquam quod de manu Dei non proueniat. Hinc ſequitur, mundum conſeruari minime poſſe, non agendo cum illo; multo minus quam Reſpublica, niſi cum Domino ſeu Superiore, qui eam regit, & gubernat vltro citroque negotietur. (a)
(a ſumitur ... ) [illegible]
13

Mox ſeſe offert difficultas: quis facie ad faciem agere cum Deo præſumat? Quis tam temerarius vt ingredi portas eius audeat? Hic apud nos quiſpiam de vulgo adire Regis præſentiam non præſumet, ambo licet vermes ſint, Huic vt prouideatur, ſunt illi familiares quidam ac Secretarii, quorum medio libelli ſupplices offeruntur. Hos creat Deus, & eorum vult hoc eſſe munus, miniſtri ſui ſint, vt cum eo agant homines, & ſunt Sacerdotes, quibus hoc ſit officium ſequeſtros eſſe inter populum & Deum; quorum perſona, & manibus offeruntur homines, & omnes creaturæ, denique mundus vniuerſus ſupremæ Maieſtati, eo medio diuinam eius clementiam exorantes.
I. Sacerdotes ſunt ſequeſtri inter Deum & homines.
Hoc ipſum intendit Deus proponere in celebri illo ornatu, quo, ſingulari ſapientiæ ſuæ præcepto diſpoſuit, vt veſtiretur Sacerdos, diuino compariturus aſpectui. Mandat, primum tunica linea veſtiatur, & ſu-
Exod. 28.

& ſuper eam alia ex purpura, hyacintho, & coccobis tincto cum malo granatis, & tintinnabulis ad pedes eiuſdem tunicæ, denique ſuper humerale cum duodecim lapidibus pretioſiſſimis vt cingulo, quo totum circumcingatur eius corpus. Mitram in capite habeat vitta hyacinthina circum ligatam ex qua dependeat lamina quædam aurea imminens fronti pontificis, cui inſculptum legebatur nomen Dei. Et his omnibus rite adornatus Sanctuarium ingrederetur, & diuino compareret conſpectui miſericordiam rogaturus. Continent omnia hæc plurima myſteria: attamen apud Hebræos, maximè communis & recepta eſt expoſitio D. Hieron. quam ſumpſit ex doctiſſimo Philone: Mens autem Dei fuit, vt Sacerdos intraturus Sanctuarium, toto veſtiretur orbe, ita vt ingrediente Sacerdote, totus cum eo terrarum orbis ingrederetur, omneſque ſeſe Diuinis oculis ſiſterent creaturæ. Audiamus D. Hieron. *Quatuor colores ad quatuor elementa referuntur, ex quibus vniuerſa ſubſiſtunt: byſſus terra deputatur: quia ex terra gignitur, purpura mari: quia ex eius cochleis tingitur, hyacinthus aeri propter coloris ſimilitudinem; coccus igni &ætheri.* Mala punica ſignificabant fructus terræ, inter quos præ cæteris eminent; tintinnabula, tonitrua & fulgura, impreſſiones formatas in aere, cingulum Sacerdotem circumcingens mare Oceanum; duodecim lapides, duodecim ſigna zodiaci, mitra in capite, cælos, vbi ſedes eſt Dei. Proſequitur D. Hieronym hanc doctrinam & eandem ſingulari quadam ſcientia expoſuit D. Thom. Voluit inſuper Spiritus ſanctus vt idem intelligeremus, dicendo; *In veſte poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum.* Si vero inquiras cur tam ingenioſam Deus veſtem ordinarit, quaſi Sacerdotem toto grauans mundo, ad Deum accedentem? Reſpondebo (ait D. *Hieronymus*) vt inſinuaret, mundum vniuerſum, & quæ in eo continentur omnia miſericordia & beneficio Dei conſeruari; veruntamen hæc omnia per Sacerdotem eſſe negotianda; in cuius nomine & manibus omnes creaturæ Diuino conſpectui ſunt præſentandæ. *Iuſtum ergo erat* (ait D. *Hieron.*) *vt Pontifex creaturarum omnium typum portans in veſtibus ſuis, indicaret, cuncta egere miſericordia Dei, & cum ſacrificaret ei, expiaretur vniuerſalis conditio, vt non pro liberis, ac parentibus, & propinquis, ſed pro cuncta creatura & voce & habitu precaretur.* Dignum & iuſtum eſt, vt omnes creaturæ hanc ſupremam agnoſcentes Dei Maieſtatem, illius propriam vilitatem, neque in ſe ipſis, neque per ſe ipſas audeant coram illa apparere, niſi medio Sacerdote.

Lib. 2. de Monarchia.

D. Hier. ep. 128. ad Fabio. Tom. 3.

1.2. q. 102. a. 5. ad vltimum, Sap. 18. 24.

En quæ ſit ratio conſtituendi Sacerdotes: quam graphicè D. Paulus exprimit: *Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in iis, quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & ſacrificia* &c. In hominum magnum beneficium, ait ordinari Sacerdotes: *Pro hominibus.* Ad quid? vt mediis Sacerdotibus Deo ſua tranſmittant ſacrificia, dona, & deprecationes. Tenentur ſubditi & inferiores Superioribus ac Regibus pendere cenſus ac tributa, tam in recognitionem ſubiectionis ſuæ, quam in ſolutionem debiti, quod ex iſta ſubiectione reſultat. Strictiori multo iure tenentur ad hæc Deo cuncti mortales: cui & ſacrificia & dona offerre obligantur, partim in ſuæ ſubiectionis & obligationis teſſeram, partim in debitorum ſuorum ſatisfactionem. Quos ad hæc, mediatores habebimus? Sacerdotes ex hominibus aſſumptos; *Ex hominibus aſſumptus.* O magnum beneficium, quod Deus mediatorum officium Angelis non conceſſerit, ait D. Thom. at Sacerdotibus ex hominibus aſſumptis. Quanta tibi ratio gaudendi: Si Rex in expeditionem negotiorum tuorum, in quibus agitur de vita tua, non extraneum quempiam delegaret, ſed conterraneum tibi nominaret? Hoc facit Deus, ex cuius diſpoſitione Sacerdotes ordinantur, *vt offerant dona & ſacrificia* &c. idque ex parte hominum. Hinc apte deducit D. Auguſt. quod ſicut Deo proprium eſt, vt illi ſoli ſacrificia conſecrentur, ſic & illi proprium eſt, habere Sacerdotes. Solus Deus hos habet, ac proinde ad hoc debent inſtitui, vt miniſtri ſint & ſequeſtri inter Deum & homines. *Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini, miniſtri Dei dicetur vobis.* Quis hic non videat inordinatam ſæcularium inſulſitatem, qui volunt ſibi Sacerdotes, in ſeruos & ſtipatores; de quibus expediret agere, ſi nobis tempus ſupereſſet. Indicabunt tibi Dei Sacerdotes veſtrum eſſe munus; ſeruire Deo, ipſorum vero, eſſe medios inter Deum & homines, per quorum manus dona, precationes, & ſacrificia dedicentur ſupremæ Maieſtati: vt miſericordiam conſequamur.

14

*Hebr. 5. 1.*

II.

Ea ratione à Deo inſtituntur.

*Loco citat.*

*Lib. 10. de ciuit. c. 4. & ſeqq.*

*Iſai. c. 61. 6.*

§. 6. In

### §. 6. *In omni lege, acceſſerunt laici ad Deum per ſequeſtros ſacerdotes, etiam Balac Rex Idololatra.*

☞ 15 HInc clare tibi patebit: rem vſu valde frequentatam, etiam apud viros eximiæ ſanctitatis fuiſſe, vt quando beneficium quodlibet à Deo optarent impetrare, ad eum accederent, non per ſe, ſed mediis Sacerdotibus: & licet quiſſibet per ſe poſſit corde & voluntate ſua Dei adire præſentiam, vt dictum eſt; & ei cordis ſui aperire deſideria, vt omnibus nobis Chriſtus præcepit, ut accederemus: orantes: *Pater noſter, qui es in cælis.* (*Matt. c. 6. 9.*) Nihilominus, quando magis efficacius optabant feliciorem rerum ſuarum expeditionem: ſalutem in infirmitatibus ſuis, vires in tentationibus, in mentis intentionibus exitum deſideratum, in puſillanimitate quietem, reſolutionem in anxietatibus, victoriam in bellis, Sacerdotes ſibi ſumebant in ſubſidium; ſeſe ex magna humilitate indignos iudicantes, qui ſeſe tantæ ſiſterent Maieſtati: quare per eorum hoc agebant miniſterium. Liquet hoc in lege naturæ: & probatur in Sancta illa Rebecca, quæ (vt notat D. Chryſoſt.) (*Hom. 50. in Geneſ. Tom. 1.*) anxietate quadam grauiori, & mortifero timore perculſa, vtpote quod duobus grauida filiis illos vtero ſuo materno concluſos, inter ſe ſentiret colluctari: (*Gen. 25. 22*) *Collidebantur paruuli in vtero eius* recurrit in ſui remedium ad Deum; *Perrexit, vt conſuleret Dominum.* Ne credideris (monet D. Chryſoſt.) eam per ſe hoc præſtitiſſe, nequaquam, ſed per ſequeſtrum Sacerdotem. Quinimo credunt aliqui (teſtibus D. Aug. *a* & Theodoreto) *b* fuiſſe Melchiſedech, licet plenè non probent. (*a Lib. qq. in Gen. b q. 65. in Gen.*) Sciebat autem hæc, pias conſultationes cum Deo fauſtum ſortiri exitum, ſi hoc medio foueantur. *Quid eſt* (ait D. Chryſoſt.) *perrexit, vt conſuleret Dominum? Cucurrit ad veram ſcientiam, & feſtinauit ad Sacerdotem miniſtrum, per quem latentium ſcientiam volebat diſcere, & enarrans omnia, quæ ſibi contigerant, didicit diligenter omnia, miſericorde Deo per Sacerdotis linguam detegente ei omnia manifeſte, & alacriorem eam reddente.* Modum iſtum Deum conſulendi in illo naturæ ſtatu, arbitror voluiſſe explicare Eliu amicum patientiſſimi Iob, quando eum tot coacervatis doloribus, laboribus, & infirmitatibus cernens oppreſſum, (*Iob. 33. 16 & ſeqq.*) ei medium propoſuit, quo ſubſidium ſibi poſſit à Deo obtinere & remedium, in quem finem latè diuagatur, proſequens modum, quo Deus ſæpius vtitur erga mortales, & modum, quem ſeruare tenetur homo agens cum Deo. Sæpenumero (ait) dum vult hominem Deus deuincire, & cum eo deducere, vt in ſe reuertatur, & occaſionibus ſe ſubtrahat, ei frœnum immittit quo ſiſtitur, quemadmodum nobilis, equo indomito & petulco, qui ſe præcipitem agere molitur; clarius dico: morbum ei immittit, in lectum deiicit; tenes doloribus angit extremis, eius & potus aufert appetentiam: omnia oſſa eius marceſcunt, trahitur ad ſuburbia mortis. *Increpat quoque per dolorem in lecto, & omnia oſſa eius marceſcere facit, abominabilis ei fit in vita panis &c. appropinquabit corruptioni &c.* Erraueris ſi morbum quodam caſu credideris accidiſſe; nec ob hoc, nec ob illud; quod tibi perſuades & de quo multa habes, quæ opponas, euenit. Verum enim vero Deus eſt, qui te lecto proſternit, ad tuam ſalutem, vt a via illa veteri pedem ſubtrahas, quam tot annis es ingreſſus, nec vltro progrediaris. Quid ergo reſtat remedii, o Eliu? quid in hoc caſu arripiendum ad manum? Recurrat ad Deum, ſequeſtro Sacerdote, vno ex tot, qui hic ſunt millibus: *Si fuerit pro eo Angelus loquens vnus de millibus &c. Miſerebitur eius Deus.* Vocat Sacerdotem Angelum, quo nomine eos Deus per Malachiam honorat: talis enim debet eſſe, & reipſa eſt, in quantum ex officio ſuo internuntium agit, & mediatorem, hoc enim ſignificat Angelus. *Angelus enim Domini exercituum eſt* (*Malach. 2. 7.*) Recurrat ergo homo ad Deum alicuius miniſterio Sacerdotis, qui pro eo loquatur, intercedat, offerat eius petitiones, libellos ſupplices & litet ſacrificia. Ait ergo Iob: Hoc tu agito? quo libereris ab infirmitatibus, quas pateris, quaſi ſignans, hoc fuiſſe vnicum medium legis naturalis tempore maximè frequentatum.

In ſtatu vero legis ſcriptæ, idem reperimus egiſſe eos, qui eo, quo debebant modo proceſſerunt. 16 ☞ Rex Saul eo adhuc tempore, quo rectè, & ſecundum Dei beneplacitum cuncta operabatur, vt ſecurum ſibi redderet negotii cuiuſdam exitum, ac ſanam obtineret reſolutionem perdifficili cuidam dubio, quo grauiter angebatur, illico recurrit ad Deum, medio Achia Sacerdote. Sacerdos ſiſtebat ſe Diuino conſpectui, cui a tergo Rex adſtabat: vt qui tali ſequeſtro ageret cum Deo. Cum vero ſic conſtitutus oriri tumultum in caſtris perciperet, populum conclamantem, tumultuantibus Philiſthæis, volens periculo occurrere, ait Sacerdoti; *Contrahe manum*

1.Reg.14. 15.

*he manum tuam.* Huius ex Diuino præſcripto in regno ſucceſſor David, Deo licet familiariter uteretur, ſecum nihilominus in cunctis ſuis afflictionibus ducebat Sacerdotem; vt illo interuentio orationes, & ſupplicationes Deo dedicaret; proinde Abiathar Sacerdotem obnixus rogabat, ab eius latere non recederet, & ſecurus viueret: quod in fidem ac tutelam ſuam eum reciperet; & vt propriam ſuam vitam tueretur: *Mane mecum, ne timeas; Si quiſque ſierit animam meam, quæret & animam tuam, mecumque ſeruaberis.*

1.Reg.22. 23.

Quod ſi Deum conſulere, ſeu rogare veller, conſulebat ac rogabat eum Sacerdote inter medio: vnde dum vice quadam luto inhæret anxius & vitæ ſuæ dubius, eum Saule ad necem perſequente, vt huic ſe eriperet, ad ſe citus vocat Sacerdotem Abiathar; cui ait; *Applica Ephod.* Erat autem Ephod (D. Hieron. *a* ac Auguſt. teſtibus *b*) veſtis quædam particularis, quam ſibi induebat Sacerdos ad Deum acceſſurus, cuius Diuinam Maieſtatem repræſentabat propitiatorium ſuper Arcam fœderis Domini, & vt ego ſentio, ſuperpellicium erat, ſeu roquetum, quo nunc vtuntur Sacerdotes, vt ad altare ſecum deferant. Stabat Sacerdos ante Arcam (vt ex textu probat doctiſſimus Caietanus) repræſentantem Dei quaſi præſentem Maieſtatem & retro poſt Sacerdotem David, quaſi illo ſe protegens cui ſuggerebat id, quod Sacerdoti à Deo erat depoſcendum, & David orationem componebat, quam ſuo nomine Deo Sacerdos offerebat. Quid hoc o Rex piiſſime? ſi tu, vtpote ſubtilioris ingenii, & ſcientiæ ſublimioris, orationes conſtruis & ordinas methodum Abiathar ſacerdoti: cur eam in propria perſona Deo non proponis? Quia cum David talis eſſet, qualis erat, opinatus eſt orationem ſuam Deo fore gratiorem, & acceptiorem, per manus eius, cui ex munere conuenit fidelium Deo litare ſacrificia & vota, & orationes offerre, qualis eſt ipſe ſacerdos, cui proinde melius viſum eſt, non ſeipſum facie ad faciem Diuinis offerre conſpectibus, ſed medio ſacerdote, cuius retro humeros ſtabat; & intellexit, hoc ſibi magis prodeſſe, ſe coram Deo ſiſtere, non in propria perſona, quam iudicabat indignam, ſed in perſona Sacerdotis, qui cum hoc ei ex officio conueniat, minus propria ſua indignitate daret obſtaculum. Satis hoc conforme ei, quod Deus ordinarat, quando conſtituit Ioſue Ducem populi ſui, præcipiens, vt ſi quoties voluerit aut conſulere Deum, aut impetrare beneficium, ad eum accederet perorante & ſequeſt ro Eleazaro Sacerdote: *Pro hoc ſiquid agendum erit, Eleazar Sacerdos conſulet Dominum.*

1.Reg.23. 9.
a Epiſt. 128. ad Fabiol.
b Lib. qq. in l. Iudic. q. 41.
in c. 23. lib. 1. Reg.

Num. c. 27 21.

Ex quo Dei præcepto D. Chryſoſt. recte colligit, ſubiectionem quam tenentur ipſi Reges Sacerdotibus; illis vtpote, quorum medio & interceſſioni Deus Reges ſubiecerit.

Hom. 5 in Vidi Dominum.

Si talis fuerit, in lege naturali, & ſcripta praxis, quanto magis in lege Euangelica talis eſt praxis frequentanda, in qua tot tantiſque Sacerdotes clariſſimis & notiſſimis fulgent prærogatiuis, vt in eorum comparatione, antiqui illi, licet etiam Pontifices ſummi, ſola fuerint figura, & depicti Sacerdotes. Quam (quæſo te) Chriſtus ſuis in Eccleſia tribuit poteſtatem? claues regni cælorum eorum conſignauit manibus: dum ait: *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt.* Examinat D. Chryſoſtomus hæc Chriſti verba, quibus hæc ſua doctiſſima & elegantiſſima connectit: *Quidnam hoc aliud eſſe dicas, niſi omnem rerum cæleſtium poteſtatem illis à Deo conceſſam?* Si igitur noſtrorum Sacerdotum ſacrificium conſideremus, quid habent conſideratione dignum cum hoc? cuncta & quanta Deo fecerunt veteres Patriarchæ Abel, Noe, Abraham, Iſaac, Iacob, & quæcumque in ſtatu legis ſcriptæ, Deo fuerunt oblata, licet omnem numerum excedant. Eadem conſideratur in illis diſſimilitudo, quæ eſt inter Deum & creaturam: cum ipſi terrenam immolarent creaturam, quod hi autem Deo conſecrant, vnigenitus eſt Filius Dei; quocirca tanti eſt hoc ſacrificium meriti, vt impoſſibile ſit æterno Patri non infinities eſſe peracceptum, & gratiſſimum. Hinc collige, ſi qua in re Dei indiges auxilio, quod tui ſit muneris, ad eum medio Sacerdote accurrere; ipſe tuo nomine legit ſacrum, quo ad aram accedente, retro ipſum te ſiſtas, Deo per eius manus & verba orationes tuas, deſideria, & offerens ſacrificium. Conſuetudo eſt etiam hæc Eccleſiæ, vt orante Sacerdote, ſeu aliis occaſionibus, vbi concurrit populus, hic retro maneat Sacerdotem, orationes quoque collectæ dicuntur: quia in eis, quas Sacerdos inſtituit, colliguntur pariter totius plebis orationes, quo medio omnes ſibi recte ſuccurrent.

Ioan. c. 20 23.
D. Chr. lib 3. de Sacerdotio. Tom 2.

Quando Principes & Reges ad bella ſe præcingunt, exercitus conſcribunt, itinera ſuſcipiunt; ut Diuinum ſibi concilient numen, auxilium obtineant, res bene ſuccedant, mediis agant Sacerdotibus, qui ſupplicent, attollant manus, & ſacroſancta conſecrent ſacrificia. Cer-

tamen iniuit contra Amalec Ioſue in montis valle, vt autem ei & militibus Deus concederet victoriam, ei ſubſidio fuerunt Moyſes & Aaron, in montis cacumine perorantes. *Moyſes & Aaron in Sacerdotibus eius*; Et nequis circa victoriæ auctorem dubitaret, quo momento Moyſes manus declinabat, & ab oratione deſerebat: ecce Ioſue proſtratus, in fugam pulſus: ſi vero manus ſurſum attolleret, ecce vincit Ioſue, proſternitur Amalec, victoria & triumpho Ioſue lætatur. *Hoc* etiam medio voluit ſibi conſulere Rex infidelis & idololatra, vt refert Scriptura, quam hiſtoriam ad rem perpendit Orig. *Hic* fuit Balac Rex Moabitarum. Intellexit ille Iſraelitas, populum copioſum, & fortiſſimum finibus ſuis appropinquare, timet ſibi, & coacto Conſilio tremoris ſui exponit rationem. Iacta eſt alea, actum eſt de nobis: populus hic nos & regnum deuaſtaturus venit, & occupaturus. Quid remedii? Aduocemus nobis in auxilium Sacerdotem notæ vitæ virum. Hic erat Balaam idolorum ſeu dæmonorum Sacerdos. *Hunc* requirit, & magnis promiſſis ad ſe curat adduci: erigantur altaria, Deo noſtro litetur, & eius nobis auxilium deprecemur. Accedit Balaam ad altare, ſacrificium oblaturus; & ecce tibi Rex Balac pone Sacerdotem, totus corde & anima præſens, fiducia plenus, ſe ſuumque populum hoc medio, quod ſibi neceſſarium foret, adepturum. Egit hoc Rex infidelis & idolorum cultor maximus, cuius Dii dæmonia erant, & Sacerdos, cuius opem ſupplex implorabat, cuius vtebatur opera, necromanticus & maleficus incantator. Ex æquo foret, vt nos idem ageremus, quando calamitatibus regnum opprimitur, vocaremus Sacerdotes, vt ſacrificia litent pro nobis, miſſas offerant: hoc enim medium omnium longe eſt efficaciſſimum. Aduerſitatibus anxiaris? infirmitates pateris? litibus anguſtaris? matrimonium ſuſcipis? optas integerrimam peccatorum facere confeſſionem & vt Spiritus ſanctus te ſua perfundat gratia? Accede ad Deum mediatore Sacerdote, qui accedat tuo nomine ad ſacram aram incruentum litaturus ſacrificium valoris & meriti infiniti, tu illum ſequere corde, voluntate & anima.

An non tibi bene videtur hic Centurio illuminatus in Chriſti Domini cognitione; & quam eleganti ſtylo hoc nobis exponant Euangeliſtæ? Placetne id contemplari? Fide nouerat Catholica, Chriſtum verum eſſe Deum proinde ab illo requiſiuit ſubſidium eius infirmitatis, quod nulla poterat præſtare creatura, ſcilicet ſerui ſui paralyſis iam iam morituri, Quomodo accedunt ad Deum fideles Principes, & ſanctitate primores? non in propria perſona, ſed ſequeſtro Sacerdote: pariter & in hoc Diuinam honorantes Maieſtatem, cui proprium ſit habere Sacerdotes; propriam confitentur humiliter indignitatem, vt eam hic Centurio propalam eſt confeſſus, dum ſe indignum proclamat, qui in propria perſona diuino ſe ſiſtat obtutui: *Indignum me iudicaui, vt venirem ad te.* Ita vt, ſicut vno in loco narrat S. Scriptura Rebeccam & Dauidem recurriſſe ad Deum, & alio in loco declarat, acceſſiſſe mediis Sacerdotibus, quo actu ſupremam diuinamque proteſtabantur eius Maieſtatem, ad quem medio Sacerdote accedebant; ita modo vnus narrat Euangeliſta, Centurionem ad Chriſtum acceſſiſſe, alter vero modum explanat, nimirum mediis Sacerdotibus, quo ſignificaret, Centurionem ad Chriſtum acceſſiſſe ut ad verum Deum, qui profiteatur ſe cum illo agere, vt viri præcipui ſanctitate, cum Diuina egerunt Maieſtate. *Hæc* D. Chryſoſt. habetur expoſitio.

Exod. 17. Pſa. 98. 6.

Nu. c. 22. Hom. 13. in l. Num.

### §. 7. *Verius dixeris acceſſiſſe Centurionem ad Chriſtum, licet abſitum, quàm illos quos præmiſit medios, & qui propius cum eo ſunt locuti.*

ALiud præterea myſterium agnouit, & ſub- 18
tili ſuo enucleat ingenio D. Auguſt. quam Diuina luce fuerit ſpeculum hoc illuſtratũ, qui cum Chriſto ageret, vt vero Deo, atque intelligeret, cum Chriſtus eſſet verus Deus, ad eum accedendum non tam corpore quam anima, nec tam pedum corporalium greſſibus, quam ſpiritualium intellectus & voluntatis. Locutus eſt (ait D. Auguſt.) D. Matth. quando de Centurione ait: *Acceſſit ad eum Centurio.* Proprio vocabularii Diuini idiomate: *Altitudinem myſtica locutionis ſeruauit Matthæus ſecundum quam ſcriptum eſt: Accedite ad eum, & illuminamini.* Loquebatur Euangeliſta, de ſublimioris ingenii viro, proinde ſeruanda erat ei verborum ſpiritus proprietas: quæ ſit; ſupponendo, quam verus & proprius acceſſus ad Deum non ſit pedum greſſibus, qui terram calcent, & non niſi tribus digitis altius e ſolo attolluntur, ſed qui ſurſum gradiantur, qui cælos penetrent, & qui ſuper ſidera tripudient, greſſibus intellectus viua fide illuminati, & inflammatæ charitate voluntatis.

Lib. 33. contra Fauſtum c. 8. Tol. Lib. 2. de conſ. Euang. c. 20. [illegible] Dom. & in pſ. 33.

Eos

Hoc igitur ſuppoſito, qui vere acceſſerunt ad Chriſtum non fuerunt Sacerdotes, quos miſit Centurio. Licet enim ad eum acceſſerint, ſolo tamen corpore, & pedum terrenorum paſſibus acceſſerunt; fuit autem Centurio, qui continuo, vt percepit Chriſtum ingreſſum Capharnaum, acceſſit ad eum: qua ratione? ſuo ſpiritu volando, alis tenerioribus ſui intellectus fide illuſtrati, & voluntatis ardentiſſimæ charitate ſuffultus. *Illi non ibant cum Ieſu*, ait D. Pet. Chryſol. *cum quo mente non ibant, nec cum illo erant, qui ſeiuncti corde, corpore videbantur adiuncti.* Et addit D. Aug. *Nec Matthæus ob aliud eum dixit acceſſiſſe ad Dominum, cum apertiſſime Lucas inſinuet, quod non ad eum ipſe venerit, ſed amicos ſuos miſerit, niſi quia ſi deliſſima humilitate magis ille acceſſit, quam illi quos miſit.* Hoc accedendi modo (ait) nos illuminat hodie clariſſimum illud ſpeculum, pariter & docet, quis ſit proprius modus ad Deum accedendi: quod ille non ſit, qui ſolo corpore fit, ſed qui ſpiritu voluntate & animo exercetur. Perpendit ad rem D. Auguſt. id quod etiam aduertit D. Pet Chryſol. *a* & deinde D. Greg. *b* id quod nobis tres Euangeliſtæ enarrant contigiſſe in eadem ciuitate Capharnaum, eadem occaſione, immediate poſt hoc miraculum, vt mihi videatur, Chriſtum velle inſinuare id quod modo diſputamus. Acceſſit ad eum Synagogæ Princeps, rogans eum vt domum ſuam veniret, erat enim illi filia annorum duodecim, iam mortis faucibus pene abſorpta. Procedit eo Chriſtus, & in via tantus confluit populus, qui eum ita comprimebat, vt ei moleſtus fieret, quiſque contitens illi adeſſe proximus. His plebis anguſtiis preſſus Chriſtus, conuerſus interrogat diſcipulos ſuos: *Quis me tetigit?* Reſpondet D. Petrus pulcherrima interrogatio, Domine: quid tibi videtur? *Turba te comprimunt & affligunt & tu dicis, quis me tetigit?* Parum ſapis (ait Chriſtus) ex tam multis, qui ad me accedunt, me comprimunt, me affligunt, vna ſola me tetigit, eratque mulier fide feruentior, *quæ ſanguinis fluxum patiebatur annis duodecim, & omnem ſubſtantiam ſuam erogauerat in medicos*, & medicamenta, ex quo nihil præter paupertatem extremam eſt conſecuta, dum ob hæc ſe morbi vis non remitteret, ſed deterius ſemper haberet. Mulier hæc profunda humilitate & viua fide acceſſit Chriſti fimbriam contractura, & ecce ſubito, *ſenſit corpore quia ſanata eſſet à plaga.* Hæc ſola eſt, ait Chriſtus, quæ me tetigit, & quæ cæteris mihi propior acceſſit, licet ſolum brachium extenderit, vt fimbriã veſtimenti mei contingeret; quia ſpiritu, fide & voluntate acceſſit; cæteri, licet innumeri acceſſerint, corpuſque meum compreſſerint, ſolo corpore ad me acceſſerunt. Quid opinaris ne, quod omnes, qui templum ingrediuntur, altare cingunt, ad Deum accedant?

*Serm. 11. Luc. 8.*

*a D. Petr. Chryſol. Serm. 100. b Lib. 3. c. 11. Matth. 9. Marc. 5. Luc. 8.*

*I. Mulier ſanguine fluxa qua ratio ne Chriſtum dicatur tetigiſſe.*

An credis te Deo eſſe propinquiorem, loquendo propria phraſi, quo vicinior es ærario? ſæpe ſæpius qui vicinior altari videtur, longius ab eo diſtare iudicatur. Exemplum cape (ait D. Auguſt.) in duobus illis Publicano & Phariſæo quam prope ad Deum accedit Phariſæus, quaſi diceremus: apprehendit cornua altaris: *Publicanus autem ſtans à longe*; retro portam, nec auſus interius accedere. Quis ex duobus Deo proximior? Quem dixeris ex duobus verius acceſſiſſe? Satis liquet ipſum Publicanum verius acceſſiſſe, quo enim corporis pedes non ſunt progreſſi, eo pedes animæ proceſſerunt, quibus tam fuit Deo vicinus, vt eum complecteretur. Quinimo ſæpius contigit, vt qui vicinior eſt corpore, longius diſtet anima & voluntate. Accedit hic ad altare peccato ſordidus, & tam vicinus adſtat Deo, vt illum recipiat, corpus corpori iungatur: an poſſet eſſe coniunctior? O te miſerum! quin potius eo ipſo quo ad Deum accedebas, corpus corpori coniungens, toto curſu ab eo voluntate & anima longiſſimè recedebas & longius eras ab eo, quam cælum diſtet à terra: *Longè à peccatoribus ſalus.*

*Serm. 6. de verb. Domini.*

*Luc. 18.*

II. Publicanus ſtans à longe tamen propius accedit.

*Pſ. 118. 155.*

Eſtne tibi animus, accedendi ad Deum vere? Accedito ex corde, animo ac voluntate affectuoſa, deſideriis ardentibus, illo autem modo quia non accedis, ſupernis & diuinis non potiris effectibus, quos Dominus ille in animabus illis, quæ digne ad eum accedunt, operatur. Conſiderata iam ſanitate, qua mulier gauiſa eſt, dum ſ. li fimbriæ Chriſti contactu iſtu- detiſatis plorabundus exclamat D. Pet. Chryſol. *Miſeri nos, qui quotidie corpus Domini tractamus & ſumimus, & a noſtris vulneribus non curamur. Non Chriſtus infirmantibus, ſed fides deeſt: nam multo magis modo in nobis manens poterit vulneratos curare, qui latentem mulierem prætericns ſic curauit.* Eundo mulierem curauit, illa fimbriam tantummodo tangens, ſanatur; dic mihi; quid modo acturus, quãdo ſedẽ ſuam figit in anima noſtra & in corpore noſtro, cum carnem eius & perſonã recipimus? deſunt nobis & viua fides, & ardens charitas. Diuerſis in locis perpendit D. Au. *a* id quod Dominus nõ ſemel mãdauit *b* *Non apparebis in conſpectu meo vacuus.*

D. Pet. Chryſol. *Serm. 33. ad finem.*

*a In Pſ. 49 lib 2. qq. in Exod q. 159 & lib. 4. contra hæret.*

*b Exod. 34 c. 20. Deut. 16 16. Eccli. 35. 6.*

III, Mirabilis certe loquendi formula, quid hac, Do-
Quis di- mine, intendis? Tu vide, quid dicatur vacuum?
catur ap- id quod exterius habere videtur ſubſtantiam,
parere va interius vero continet nihil; vt nux dicitur va-
cuus co- cua. Hinc in S. Scriptura idola vocantur va-
ram Do- cua: eo nomine, indigitat illa Propheta Samuel;
mino. *Nolite declinare poſt vana, quæ non proderunt vo-*
1 Reg. 12. 21. *bis quia vana ſunt.* In Hebræo legitur vox Tohu; ſignificans vacuum: & noſtro modo loquendi nuces vanas dicimus, quæ vacuæ ſunt. Talia erant Gentium idola: videbantur quaſi apertis oculis omnia circumſpicere, manibus diuitiis plenis, quibus cunctis mortalibus de neceſſariis prouidebant, veſtes oſtentabant viuam aliquam perſonam, & in rei veritate nihil erat eorum omnium. Huic videtur alludere
Habac. Prophera Habacuc dum ait: *Ecce iſte coopertus*
Cap. 2. 19 *eſt auro, & argento, & omnis ſpiritus non eſt in viſceribus eius.* q. d. Apparet oculis hominum perſona quædam magna, verum nec hilum habet vitæ ab intus. Secundum hanc Scripturam, quot vacui apparent coram Domino Deo? Accurrunt coram Venerabili Sacramento, flectunt genua; legunt orationes ſuas, pectora percutiunt, intus vero vacui ſunt, vacui corde, quod domi reliquerunt, vnus in diuitiis cor habet, alter in contentionibus, alter in bonis ſuis, alter in amica: nota enim ſatis eſt doctrina Chriſti, *Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum.*
Matt. c. 6. Inuitatus, & obnixe rogatus fuit S. Anto-
Apud Sur. nius de Padua, vt orationem haberet funebrem
Tom. 3. 13 in exequiis cuiuſdam diuitis, aſcendit pulpi-
Iunii. tum, exiſtente corpore defuncti in Eccleſia: pro contionis ſuæ themate ſumpſit verba hæc:
Luc. 16. 22. *Mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in inferno;* Affirmans ſe hæc dicere de præſente defuncto: qui talis erat, vt ſemper vacuus intraret Eccleſiam, quin & modo vacuus erat, quia licet corpus eius ab omnibus præſens videretur, cor tamen eius abeſſet, eſſet autem inter nummos: Videat, inquit, cui placuerit: Abierunt, & ecce in arca quadam inter multos pecuniarum ſaccos cor diuitis adhuc tepidum inuenerunt. Sic intrant multi in Dei conſpectu, ſed vacui. Ne ſic, amice, ait Deus ingrediaris: *Non apparebis vacuus:* In quam partem hoc Rex acciperet, ſi ſiti præfocatus, vt alter Dauid, calicem aquæ frigidæ, qua vt reficeretur, poſtularet, alter vero accederet, offerretque Regi pulcherrimum ex argento poculum deauratum, & affabre elaboratum, ſed aqua vacuum, plenum puluere, telis obſitum aranearum? In peſſimam indubie partem. Quam ardenti cordis tui ſiti Deus anxiatur. *Sitio,* clamat in cruce. Infelix & effrons accedis, qui corpus adfers pulchrum, ſericas ve- Ioan 19.
ſtes, erecta ceruice, capite diſcooperto, ſed nec aquæ guttam defers Chriſto ſitibundo: cor enim totum foris reliquiſti. Et tu Domina, quæ compoſita plus minus ducentis aciculis accedis; ſed ſpiritu vacua, quaſi nullum haberes, habes autem cor tuum in vanitatibus, & ubi? tu melius noſti. Faxit Deus ne tales ſimus: ut dum Sacerdos, amictu capite obuelato, alba corpore induto, cingulo, ac manipulo brachio annexis, ſtola è collo dependente, caſula ornatus procedit, Chriſti perſonam repræſentans, ad ſacram aram non accedat ſpiritu & corde vacuus, & quo vlterius corpore progreditur, vt approximet Deo, eo magis retrocedat & à Deo
longius corpore diuellatur. IV.
Optimus & ſanctus Rex Ioſaphat extremis Corpore
anxius periculis, potentiſſimis & innumeris circum- & animo
cumuallatus hoſtibus, accurrit & accedit ad accedendum.
Deum; quomodo? *Ioſaphat autem timore perterritus totum ſe contulit ad rogandum Dominum.* An 2 Paral.
non perpendiſti verbum hoc (*totum*): id eſt cor- 20. 3.
de & animo, corpore & anima; nouerat enim parum homini prodeſſe, ſi corpore tantummodo accedat, anima vero procul abſit: hæc enim actionis præcipua pars eſt: idque eo modo, vt propriis terminis dixerit Evangeliſta: *Acceſſit* Centurio: cum corpore & ſpiritu acceſſerit: volans alis fidei & charitatis.

## §. 8. *Centurioni placidè reſpondet Chriſtus, Regulo autem aſperius: quo nos docet, vt alter Eliſeus, non honorare quempiam, eo titulo, quia diues, nec pauperem reiicere, quia pauper.*

ACceſſerunt ad Chriſtum miſſi a Centurio- 107
ne ſeniores, qui Chriſto adſtantes verba quæ dicenda habuerunt, & legationem, qua ex parte Centurionis fungerentur, ita proponunt, vt narrat D. Lucas. Domine, ecce in ciuitate hac Centurio, vir honeſtiſſimus, multumque venerabilis, cui ſeruus, illi pretioſus, qui tam forti torquetur paralyſi, vt vno tantum gradu, ipſe morſque dimidatur: humiliter rogat, ne graueris eius domum accedere, ſeruum hunc curaturus; *Dignus eſt enim, vt hoc illi præſtes:* licet enim vir Gentilis, genti noſtræ adeo tamen addictus, vt nobis ædificauerit ſuo ære ſynagogam. Reſpondet Dominus: libentiſſime: *Ego veniam & curabo eum:* Et dicens & faciens, progreditur verſus domum Centurionis.

Com-

Communiter hic ſiſtunt Sancti Patres hac Chriſti affabilitate ſtupefacti, & quàm promptè, hoc, quod petebant, ſit executus: Longè etenim aliter in eadem ciuitate virum quendam præcipuum, quem Regulum dicebant, excepit: Autumat D. Hieron. eum fuiſſe ex familia Regali, indeque vocatum Regulum: alii quod eſſet aliquorum locorum Dominus, vt modo noſtri intitulati, quos Concilium Tridentinum vocat Regulos. Huius filius *incipiebat mori.* Supplex Chriſto prouoluitur vt aliis: Domine *Deſcende priuſquam moriatur filius meus:* jam enim exſpirat: feſtina, ne tardaueris: quid ad hæc Chriſtus? faciem contraxit, nec ſolùm eius petitioni non annuit, inſuper & acrioribus eum verbis reprehendit: notans infidelitatis: *Niſi ſigna & prodigia videritis, non creditis.* Hæreo: quid Domine? vt curares à paralyſi Gentilis cuiuſdam ſeruum, ad primam Iudæorum vocem, parùm eſt quod verbis pacificis eos exceperis, inſuper mox itineri te accingis: Hic verò & te ſupplicat Regulus populi ſui primarius, & pro filio moribundo ardentiùs inſtat, nec idcirco aut feſtinas aut patrem ſolaris, ſed è contra, quaſi irritatum te oſtendis. Plurimas Sancti congerunt huius differentiæ rationes; Prima ſit; & valde vulgaris, quam allegat D. Chryſoſtom. *a* & Gregor. *b* Vt Euangelii ſui miniſtros erudiat quâ ratione in curandis animabus illis ſit procedendum, vt non quia princeps, quia nobilis ſeſe demittant, & primum ei cedant locum, pauperem vero dedignentur, aut in angulum rejiciant. *Vt nos doceret* (ait D. Chryſoſt.) *non magnos colere, & modicos contemnere, ſed pauperes & diuites ſimiliter honorare.* Vitium eſt principibus communiter innatum, ſuperbia, quos ita fortiter poſſidet, vt in quo humiliores ſe deberent oſtendere, ſint in eo ſuperbiores. *Tanta eſt eorum ſuperbia, qui principatus & præfecturas gerunt, vt neque calamitatibus victi, ad humiliora condeſcendant.* Ecce veritatis exemplum in Regulo, hic calamitate prægrauatus, & filii ſui clade proſtratus, quem ad orationem, & libellos ſupplices, & humilem proſtrationem compellit neceſſitas, in hoc ipſo ſuperbiæ ſuæ prodit indicia, qui quadam inflatus arrogantiâ cum Chriſto agit, vrgens eum, ſe ponè ſubſequi, & in domum ſuam feſtinare. *Trahens illum domum, dicebat, Propera, atque deſcende: moriturus eſt enim filius meus.*

Io. c. 4. Iſa. — Seſſ. 25. c. 17. de Reform. — Ioan. c. 4. 47. — D. Chr. a Hom. 22 in Imperf. Tom. 2. b Ho. 27. in Euang. — Iac. 2. 1.

Huic Principum arrogantiæ, additur defectus miniſtrorum Dei, quem in eis acriter carpit D. Iacob. eos vt perſonarum acceptores inſimulans, in eorum diſtributione remediorum, quæ eorum Deus tradidit poteſtati: *Fratres mei, nolite in perſonarum acceptione, habere fidem Domini noſtri Ieſu Chriſti gloriæ.* O vos Dei miniſtri ne ſitis perſonarum acceptores, dum diuinæ gratiæ diſtribuitis dona, vobis à Chriſto commendata. Quis talis ergo? Vos rei eſtis, qui in diſtributione donorum Dei, Principibus, nobilibus, diuitibus prærogatiuas conceditis. Tradidit poteſtati veſtræ regni cælorum claues pro omnibus æqualiter: claues, inquam, miniſterii gratiæ, donum remiſſionis peccatorum per ſacramenta & Dei verbum, quare inter perſonas ne ſit diſtinctio Ita enim loquitur Apoſtolis, & in ipſis, ſuis miniſtris: *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.* a *Docete omnes Gentes.* b *Prædicate Euangelium omni creaturæ,* c *vos autem magno hæc diſcrimine expenditis. Etenim ſi introierit in conuentum veſtrum vir aureum annulum habens in veſte candida: introierit autem & pauper in ſordido habitu, & intendatis in eum, qui indutus eſt veſte præclarâ, & dixeritis ei: tu ſede hic bene, pauperi autem dicatis: Tu ſta illic, aut ſede ſub ſcabello pedum meorum: nonne judicatis, &c.*

a Ioan. c. 20. 23. b Matth. c. 28. 19. c Marc. c. 16. 15.

O quam graphicè & planè ad litteram deſcribit, id quod inter nos agimus & noſtrorum modum procedendi. Inſtituit vos Chriſtus donorum ſuorum ac gratiarum miniſtros, æquale cunctis ad ea ius tribuens, pauperibus ac diuitibus, plebeis & nobilibus, ſeruis & Dominis, ſui verſoribus ac intitulatis; vos vero inter vtrumque magnum ſtatuitis diſcrimen. Intrat Conuentum veſtrum nobilis quidam præclarus, pretioſis indutus veſtibus, annulis aureis ſplendens manibus, collo catenâ circumpendente: tempus eſt Quadrageſimæ, dies confeſſionis imminent nobili tali, vel tali; Præcedit famulus, accedit ad oſtium Conuentus, (videtur Apoſtolus nos tangere vtens illo verbo *in Conuentum veſtrum*) capiamus igitur hoc modo nomen Conuentus; pulſat cum impetu campanulam. Aperiuntur fores, adeſt talis Dominus. Illico aperiuntur latiſſimè fores: prodit Prælatus & Conuentus ſeniores in occurſum, ciuiles & aulicæ non deſunt vrbanitates. Tandem manet cum Confeſſario, & primum modico tempore confabulantur, diſcurrunt, obambulant, dein accedamus, inquit, ad cellam, vt confeſſionem exordiar, ne me quiſpiam perturbet: adeſt famulus, qui puluinar ſternat, cui Dominus genu flexus innitatur. 21

I. Perſonarum acceptio bene deſcribitur.

Quid rerum? Adſtant, & ad portam adſtabunt

bunt centeni pauperes, qui de prima luce, vt citius audirentur, domeſtica ſua deſeruerunt negotia, ex quibus omnis victus eorum ratio dependet. Et quid reſponſi? *Pauperi autem dicitis: tu ſta illic, aut ſede.* Modicum exſpecta, Frater mi, exſpecta modicum, dum tempus ſit interea ſcamno illi inſideto. O quam propriè, nos depingit D. Apoſtolus. Præſtolatur Confeſſarii aduentum mulierum pauperum ingens numerus, quas alia mille negotia domi exſpectant, quibus arida linguâ dicitur: exſpectent modicum, ſedeant, quieſcant: & ecce adeſt nobilis quædam Domina: o quam celeres, quam vrbani occurrunt &c. Hæc eſt, ait D. Apoſtolus, donorum Dei iniquiſſima diſtributio, & malè de illis judicatis: *Facti eſtis judices iniquarum cogitationum.* Memineris, ait, te à Chriſto præuentum & præmonitum, in eo quod ipſe fecit. Conſidera, quomodo pauperes excipiat, qui vt nos doceret, pauperes ne dedignemur, diuitibus illos præpoſuit: *Audite, Fratres mei dilectiſſimi: Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo &c. Vos autem exhonoraſtis pauperem.* En quàm pauperem ſibi elegit matrem, vt ex ea naſceretur; præſepe beſtiarum, in quo reclinaretur; paſtores pauperes, qui eum exhilararent; Apoſtolos pauperes, qui eſſent eius comites, & prædicatores, & Principes Eccleſiæ: cum pauperibus edidit majora miracula; ſeruum militis honorauit, dum accedit eum curaturus: Principem vero ac eius filium contemnit, vt ne quidem vnum ſatisfactorium verbum ei dare voluerit. Eo agendi modo egebat elatus Principum faſtus: qui etiam in hoc ipſo, quo Dei miniſtrorum operâ indigent, adorari ab eis volunt & conſtipari & in ipſiſmet actibus humilitatis, ſatagunt, vt eorum ſuperbus eluceat animus. Quocirca præcipui Dei miniſtri hoc unum curarunt, vt illos humiliarent, & pluris facerent pauperculos quam ipſos.

Toti mundo notiſſima eſt hiſtoria, quam narrat Spiritus S. de Naaman, erat hic Princeps nobiliſſimus, & in aula Regis Syriæ ſupremus: intellexit propheram Dei nempe Eliſeum eſſe in Iſraël, qui eum à lepra poſſet emundare. Pergit eò, multis ſtipatus famulis, multitudine nobilium, curribus & quadrigis, magnoque comitatu. Dum domui prophetæ appropinquant, ecce quidam de eius comitatu præcurrunt, magno ſtrepitu fores pulſant: aperite, aperite, adeſt Dominus meus, vt eum propheta curet à lepra ſua: certè ad viuum referri imaginor ſeruos illos, quos diximus præcurrere ad januam Conuentus, magna vi pulſantes tintinnabulum, vt Dominus eorum, qui à lepra peccati per confeſſionem curandus venit, ambas offendat fores patentes, & Confeſſarium in eis præſtolantem. Erat tum temporis propheta in ſecretario domus ſuæ recollectus, audit vehementem hunc ſtrepitum. Quid hoc rei? Domine, aduentum annutiant magni cuiuſdam Principis, quem à lepra ſua cures, rogant vt deſcendas in eius occurſum. Subridet Eliſeus, & ne loco quidem motus, & quaſi in aere loquens, caput ſuum circumagens, reſpondet per interpretem diſcipulum ſuum vt per domus feneſtram ei proclamet: *Vade, & lauare ſepties in Iordane & recipiet ſanitatem caro tua, atque mundaberis.* Adeſt Princeps, prophetam non videt, audit reſponſum, quod ei ex ſuperiori parte domus ſuæ mittit; ruſticitatis eum accuſat, præcipit reuerti currus & equites, & vniverſum comitatum retrocedere, indignans & fremens. *Iratus Naaman recedebat*, & infenſo cœpit animo conqueri, per vitam veſtram, ecce hic qualiter ſit educatus, quàm parum ſapiat vrbanitatem, certe magis hic ruſticus eſſe videtur, quam ſanctus. Hoc ego intendebam, & à propheta ſperabam, vt quàm primùm de noſtro aduentu reſciuiſſet, illico de domo ad portas deſcenderet mihi in occurſum, ibique conſiſtens coram me pſalmos ſuos ac orationes funderet, quibus ego curarer. *Putabam quod egrederetur ad me, & ſtans inuocaret nomen Dei ſui, & tangeret locum lepræ, & curaret me.* Eliſeus licet hæc eum non ignorares, illa tamen nec curat, nec ad illum attendit, non magis quàm ſi fuiſſet totius mundi vliſſimus, & abire permiſit, ne vel verbum ei dans ſatisfactionis, aut rationis cur ita egerit. Nihilominus recedit Naaman, perſuaſus tamen à ſeruis ſuis, impleuit ſibi à Propheta iniunctum mandatum, lauit ſe ſepties in Iordane, & optatam recepit ſubitò ſanitatem; Iam ſanus effectus, merita cognoſcit prophetæ eiuſque mirificam poteſtatem, gratias ei acturus reuertitur, domum accedit Prophetæ cum vniverſo ſuo comitatu, famulis, nobilibus, curribus &c. Manet immotus Eliſeus, nec de paupercula ſua ſede conſurgit. Adeſt Naaman diſcooperto capite ſtans coram viro Dei: *Reverſus eſt ad virum Dei cum vniuerſo comitatu ſuo, & venit, & ſtetit coram eo.* Naaman igitur ſic adſtantem Propheta ſedens inſtruit, & de rebus fidei plenius erudit: O tēr maxime propheta, ſiccine Principes excipis? quid non de te ſpargent? arrogantem te, faſtuoſum eſſe, &

II. Quæſtione Naaman Syrum Eliſeus excepit.

4. Reg. 5.

inurbanum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

inurbanum. Reſpondet, ſic opto; ſic volo: Principes attendant, quâ ratione miniſtros Dei debeant conuenire, non ſicut famulos aut ſibi inferiores, ſed velut eos, qui Dei referant imaginem: & hoc quoque ſciant Dei ſacerdotes: eos non teneri aut debere ſine vrgenti ratione aſſurgere ob Principis, aut nobilis cuiuſquam aduentum.

22 III. Qua ratione viduā exceperit. Modò vidiſti quid egerit Eliſeus cum principe illo primate Naaman, quòd nec deſcenderit, nec ſe de loco mouerit, nec ei occurrerit. Iam ergo attende, quid egerit cum paupercula quadam muliere: acceſſit hæc ad illum totâ lachrymis infuſa, & proſtrata ob vnici filii ſui mortem inexſpectatam & præmaturam. Hærebat tum temporis Propheta ſolitarius in monte Carmelo, quò mulier accurrit: vt eam vidit, aſſurgit & ſtans excepit illam: illius ſe pedibus mulier proſternit: ſtomachatur Giezi quaſi nimiæ libertatis fœminam reprehendens: retrahit eam & iubet retrocederet ne Prophetam tangat. Cui ille ſine illam, vt quid ei moleſtiam adfers, triſtis eſt anima eius, & in hoc ſibi ſolamen quærit, quòd pedes meos deſolata ſtringat. Sic pedibus ſuis aduolutam, placido vultu, & benigna voce compellat, quid ſibi velit, reſpondet illa, auſcultat ille; & vt eius filium ab inferis reſuſcitet, parum eſt quod mittat diſcipulum ſuum, quinimo & cum ea in domum eius de monte deſcendit, interius cubiculum ſubit vbi puerulus jacebat exanimis, & illic ſe cum puerulo concludit, circa corpus obambulat, orat, mille geſtus agit myſterioſos, quibus infantulus in vitam reuertitur, quem jam redivivum manu tenet & matri hilari vultu reſtituit incolumem: Mulier ecce filius tuus, euge mater, illum accipe, illo fruere. Quis ille ô Propheta exceſſus. Tu qui nec deſcendere quidem dignabaris Principi Naaman ad colloquium, nec ad contactum quidem, ſed atenti ſatis gutture, idque per internuntium illi reſpondiſti: Modò pauperculam mulierem tanto & honore & affectu ſuſcipis, vt te tangi à muliere permiſeris, in domum eius deſcenderis, & in eius gratiam tam prodigioſum patraris miraculum? Non diffiteor: vt diſcatis, quâ ratione à Dei miniſtris pauperes ſint excipiendi, qui licet ſint illi, qui ex rebus terrenis minus poſſident, ſciant tamen, quod partem magnam repoſitam habent in cælis, & nullum Deus deſpicit, vt pauperem. O quàm vtilis Confeſſariis ac Prædicatoribus noſtri temporis prælectio exemplaris; quòd ſi infirmus ad quē vocantur diues ſit, turmatim accurrunt, vnus alterum premit, & omnibus horis, etiam mediæ noctis ſilentio, nix decidat, grando percutiat, imber deſcendat, tempeſtas ingruat non refert: ſi verò ad tuguriolum pauperculi accedendum ducentas obtendunt rationes, & millena diuerticula, vt nec vnus reperiatur, qui aut confeſſarius, aut dignetur adire conſolator, vt morienti aſſiſtat: En quàm aperto facinore & pietatis exemplo Chriſtus (ait D. Gregor.) nos reprehendat: Audiamus eum: *(Increpata eſt ergo ſuperbia noſtra quæ neſcit penſare homines propter homines, ſola quæ eis omnibus circumſtant penſat. Redemptor noſter, vt oſtenderet, quia quæ alta ſunt hominū, deſpicienda ſunt, & quæ deſpecta ſunt hominum, deſpicienda non ſunt, ad filium Reguli ire noluit, ad ſeruum Centurionis ire paratus fuit.)* Illic ergo, (addit Chryſoſt.) *ire noluit, ne forte perſonam Reguli videatur accipere: hic autem non rogatus promiſit ire, ne videatur humilitatem ſerui contemnere.* Hom. 28. in Euang. Hom. 22. in Imperf.

### §. 9. *Chriſtus experientiſſimus medicus diuerſis morbis diuerſa præſcribit Medicamina: non enim omnia omnibus expediunt.*

ALiam huius diſcriminis adfert rationem D. Ambroſ. An ignoras (petit) Chriſtum eſſe medicum, & vt talem habere & tenere diuerſa remedia? *Varia medicamina habet medicus iſte.* Abnega medicum, qui non niſi vnam morbis omnibus præſcribit potionem; quod ſi caſu aliquo vnum ſaluet à morte, centum occidet: morbi enim in hominibus, ſunt ſibi contrarii, ſicut complexiones: quorum aliqui rebus frigidis, alii calidis curari debent: inter quos reperias aliquos tam vehementes, qui non niſi ferro, nouacula, igne, cauterio, venarum apertione, inciſione, bacillis ſuffocatoriis poſſunt curari; alios vero qui vnctiones, blandimenta, fomenta & manum exquirunt tenerrimam. Huic proficit potus, quo refrigeretur nocet alteri, alii opus eſt vt ſiti areſcat & conſumat peccantes humores. Hoc neceſſarium quoque eſt animarum medico, teſtante Spiritu S. *Fili, in vita tua tenta animam tuam: non enim omnia omnibus expediunt.* Proſequitur ex re idem conſilium D. Gregor. Nazianz. D. Baſilii frater. quid rerum eſt (interrogat) venientem videre medicum, vt curet infirmum, quâ corporis & animæ tranquillitate pulſum attendat, omnes ægrotantis motus libret, & ex vno ad aliud brachium tranſeat, ex ipſo de omnibus quæ ei con- 23 Tom. 4. in Luc. Eccli. 37. 30. Epiſt. ad Latonum Epiſc. Mitÿl. Can. 1. Tom. 2. p. 143.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

contigerunt enucleatè ſciſcitetur, vt diſtinctam perfectamque habeat cognitionem; & tum demum præſcribit id quod ægro conuenire judicat, ſecundùm quod in pulſu aduertit, & ex dictis infirmi potuit colligere: non enim omnibus eadem propinatur medicina, quæ uni mortem, alteri vitam adferet ob diuerſas complexiones. Hoc obſeruandum venit animarum medicis, quarum ipſis pulſus & motus ſunt explorandi. *Non enim omnia omnibus expediunt.* Hic ex ſanitate ſanctus, ille creſcit in peccatis; vni prodeſt dignitas, qua Deo famuletur, & Reipublicæ deſeruiat: alteri occaſionem præbet tumultuandi, ciuibus vim inferendi, interitus ſui ac extremæ perditionis.

Pluribus abundat ſenſibus vel vna Spiritus ſancti ſententia, quam per os Salomonis dictauit: *Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij,* (*Prou. c. 26. 8.*) *ita qui tribuit inſipienti honorem:* huius ſententiæ ſenſum ad rem noſtram ſignat lectio Septuaginta Interpretum quam ſequitur D. Ambroſ. *Sicut* (*Citatur à Janſenio.*) *qui ligat fundam in lapidem, ſic qui tribuit inſipienti honorem.* Reputa, quod dignitatis ſeu honoris titulus, quem inſipienti tribuis, ſimilis ſit lapidis quem funda ejicis, & exponitur clarius, per id quod actum eſt, per lapidem, quem funda jecit Dauid in frontem Gigantis Goliath, quem toto brachii conamine ejecit, & circumagendo fundam infixus eſt lapis fronti Gigantis. Hic fuit ille lapis, qui Giganti eripuit ſenſum, turbauit, proſtrauit, perdidit. Heu quoties contingit ille lapſus, ille caſus, nimirum, quod toto brachii fortiſſimi conamine, circumagendo negotiis huc & illuc diſcurrendo & procurationibus ſuis quis capiti ſuo imponit mitram, ſeu dignitatem aliquam, vel locum eminentiorem? Et hæc eſt illa dignitas, qua turbatur, inaneſcit, proſternitur, & æternum perditur. Exemplum habemus in Saule; cui Regni corona non ad vitam profuit, ſed ad mortem obfuit: ſimiliter & diuiti Epuloni diuitiæ æternam pepererunt eſuriem, ſitim ac paupertatem: adde & gigantes, quos corporis fortitudo inflatos ſuperbia contra Deum erexit, quos tamen, (*D. Bar. Cap. 3.*) narrante Baruch, turpiter proſtrauit. Hoc autem quod illis peperit perniciem, aliis ſalutem conciliauit. Plurimum profuit Eſther à Deo creari Reginam; hac enim poteſtate benè vſa eſt, ad populi ſui liberationem. Abrahamo diuitiæ profuerunt, quibus factus eſt pater pauperum. Danielis fortitudo, qua Dei honorem propugnauit. *Non omnia enim omnibus expediunt, & non omni animæ omne genus placet.* Illud ipſum mare, quod ſicco pede pertranſierunt Iſraelitæ ſubmerſit Pharaonem, Ægyptios, currus & equites eorum. Illa eadem columna ignis, qua Iudæi noctu illuminabantur, inimicis eorum excæcauit obtutum. *Non omnia omnibus expediunt.* Hoc mihi in votis eſt (ait Apoſtolus) omnes forent virgines, & ſtatum continentiæ ſectarentur, ſicut ego: verumtamen hoc omnibus non conuenit, & quod mihi parit ſalutem, alteri obeſſet ad damnationem. *Volo omnes vos eſſe ſicut meipſum, ſed* (*1. Cor. 7.*) *vnuſquiſque proprium donum habet ex Deo, alius quidem ſic, alius vero ſic.*

*I. Non omnia expediunt omnibus.*

Stupet vehementer Petrus Diaconus S. Gregorii mandatum, quoddam à S. Benedicto Eccleſiaſtico Aquinenſis Eccleſiæ impoſitum. (*Lib. 2. dial. c. 16.*) Hunc poſſederat dæmonium, & dum non proſunt conjurationes exorciſtarum, ad S. Benedictum ducitur, qui oratione ſua eiecit dæmonium, & hominem priſtinæ reſtituit libertati. Verum hæc illi ait: Fili mi: ecce jam ſanus factus es, & a dæmonio liber: caue, ne ad ſacros ordines velis promoueri, eo enim die, quo tale quid præſumpſeris: *ſtatim iuri diaboli iterum mancipaberis.* Abiit Clericus, obſeruat annis aliquot S. Patris mandatum, ad ſacros ordines non promouetur. Verum enim vero cernens aliquos jam ex ordinatis defunctos, in quorum loca & dignitatem ſucceſſerant alii, ipſo inferiores, S. Patris mandati oblitus præſumpſit ſacros ordines ſuſcipere, & initiatus eſt. Eadem hora reuerſum dæmonium eum denuo poſſedit, quem adeo vehementer torquere cœpit vt ad extrema & mortem eum deduxerit. (*II. Monachus, contra ordines ſuſcipiens diabolo poſſeſſus.*) Quid hoc noui, admiratus ait Petrus Diaconus? qui fieri hoc potuit? An non ea nos intentione ſacris initiamur, vt liberemur a dæmonio quinimo, & ipſum ſuperemus, confundamus & expellamus? An non benedictionem ſuſcipimus? An non inungimur? quomodo ergo huic, ſacer hic ordo, tanto fuit incommodo? Fateor, ait D. Gregor. Sed quod vni prodeſt ad vitam, alteri obeſt ad perditionem.

Propoſito noſtro valde congruè perpendunt D. Ambroſ. *a* D. Aug. *b* D. Greg. *c* ad quod narrant D. Matt. *d* D. Luc. (*a Ser. 11. b Ser. de verb. Domini. c Hom. in Euch. d Cap. 8. 21. e Cap. 9.*) Erat Ieſus operans mirabilia magna, & prodigia in populo: ex quibus nomen habuit celeberrimum, admittit diſcipulos, creſcit eorum numerus ſub tanto magiſtro. Accedit ad eum adoleſcens ſupplex, Domine: ſim tuus diſcipulus, *Sequar te, quocunque ieris.* (*III. Christus cur ſeruum ...*) Nequaquã, non hoc, ait Dominus, erit tibi: *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos; filius autem hominis, non habet, vbi caput ſuum reclinet.*

Quã

poterit, Quâ horâ hunc remittit, adeſt alter, cui Chri-
aliú vero ſtus: *Sequere me,* ſuſcipio te in diſcipulum mi-
ſequi hi. Ignoſce mihi, Domine, *Permitte me primum*
mouae- *ſepelire patrem meum*, quem iam iam mortuum
rit. annuntiant. Non hoc erit tibi, reſpondet Chri-
ſtus, niſi quòd velim, vt omnibus relictis con-
tinuò me ſequaris. Quid cælorum Domine? An
prouerbium non eſt: Qui te roget, non quem
roges? Luce clarius notum eſt, pluris haberi id
quod prompto, & voluntario affectu tibi offer-
tur, quàm id, quod debet poſtulari. Hic tibi ſup-
plicat, ſed remittis, hic ſe excuſat, & eum ro-
Serm.79. gas? *Cur Dominus* (ait D. Ambroſ.) *cum ab al-*
in.tom.5. *tero interpellatus fuerit, vt quocumque iſſet, ſe-*
*queretur, alteri magis dixerit: ſequere me, & illo*
*ſpreto, atque deſpecto, alium potius tacentem, ne-*
*que opinantem eligeret; & cum acceptius volun-*
*tarium obſequium eſſe ſoleat, quàm coactum, &*
*ſeruitium plus placeat, non quod imperio exigitur,*
*ſed quod ſponte refertur, cur ergo reſpuitur? &c.*
Rationem habes ex Spiritu S. *Non omnia, omni-*
*bus expediunt.* Explorat ſupremus ille medicus
amborum pulſum ægrotantium, & attendit, in
vno regnare ſuperbiam, & cupiditatem, qui iam
factus diſcipulus, faciens prodigia & ſigna ma-
gna, ſuperbiret, & ob lucri auaritiam hæc Dei
dona diuenderet, quâ ratione ſe æternum perde-
ret: quocirca huic ait: hanc illi non conuenire
medicinam, non hunc ſtatum; qui alteri, cui cor
erat humile, & minus alteratum plurimum pro-
D. Gre. deſſet. *Interno occultoque iudicio* (ait D. Gregor.)
*funiculus & menſura calamus ducitur, in quo iſte*
*trahitur, & ille relinquitur, vt cæleſtis fabrica*
*non ſine pio & iuſto examine inſtruatur.* Chriſtus
Ezech. 40. vir eſt ille, quem vidit Ezechiel fabricæ ſtructo-
rem contemplantem ſingulari quâdam menſurâ,
diſpoſitionem, quantitatem & qualitatem cuiuſ-
que lapidis: Ne conqueraris de Deo, quòd tam
aſperè tecum agat, quòd tibi immittat, pauper-
tatem, labores, dolores &c. Alterum verò ſole-
tur, diuitias illi addat, tribuat tranquillam vi-
tam. Medicus eſt diuinus, & non omnibus ean-
dem propinat medicinam, ſed tantùm vnicuique,
pro vt illi conuenerit.

☞ 25 Hæc ſit medici animarum ac ſagacis Confeſ-
ſarij prudentia, apprime pulſum norit explorare,
pœnitentis affectus expendere, eius inclinationes
perſcrutari, quid de ſuis infirmitatibus referat,
audire: interrogare eum, vt exponat id, quod
ipſe nec poterat dicere, nec intelligere & tum
D. Gre. applicet congruentem morbo medicinam: *Non*
Naz. *enim omnia omnibus expediunt.* Fusè lateque de
Apol. 1. materia hac diſcurrit D. Gregor. Nazianz. inni-
xus huic principio & ſimilitudini medicorum. *Non longè*
*Non eadem medicamenta, nec eadem alimenta* *à princi-*
*omnibus corporibus offeruntur. Alios mouet oratio,* *pio.*
*alij Antiſtitis exemplo componuntur alij calcaribus*
*opus habent, alij fræno, aliis laus prodeſt, aliis re-*
*prehenſio, alios cohortatio ducit ad officium, alios*
*obiurgatio* Et huius occaſione admirabili elo-
quentiâ excurrit. Res omnino peregrina & inſo-
lita, modus, quem Propheta Eliſæus ſeruauit, vt
aquas Iericho amaras obdulcaret, & ollam Pro-
phetarum. Accedunt Iericunthini, ſupplicant;
cum fontem, habeant cuius aquæ amaræ ſunt,
nec vſui nec potui, nec fructibus vtiles, quinimo
omnia illis mixta & perfuſa amareſcant, lan-
gueſcant, pereant; vt adhibeat remedium. Et
mihi placet, ait: afferte mihi ſalinum nouum,
*& mittite in illud ſal, quod cum attuliſſent, egreſ-* 4. Reg. 2.
*ſus ad fontem aquarum miſit in illud ſal: &c. ſa-* 20.
*nata ſunt ergo aquæ.* Paulo poſt accedunt filij
Prophetarum, ſupplicantes, vt ollæ cuiuſdam
damnum reparet, quam ad prandium coxerant,
& amariſſima facta erat coctio inſtar aloes, in ea
enim intriuerant colocynthidas, ſic vt exclama-
rent: *Mors in olla, vir Dei.* Quibus Eliſæus; 4. Reg. 4.
adferte mihi pugillum farinæ quam cum in ol- 20.
lam infudiſſet, eodem momento reddita eſt ei IV.
quaſi ſaccari dulcedo. Ad quid igitur ô vir Dei, Cur ſale
tam differens remedium ſimilis amaritudinis dulcoren-
obulcatione: quis neſciat ſibi maximè opponi tur aquæ.
ſalem & farinam? ſal erit, pungit, durus eſt &
hiſpidus: farina vero dulcis, ſuauis. Ratio ſit:
quia cunctas infirmitates vnico ſanari remedio
eſt impoſſibile. Hic ad curandum ollæ amaritu-
dinem optimè conuenit farinæ dulcedo: illuc
verò ad ſanandum fontem Hiericho mordax &
aſper ſal neceſſarius erat. Hoc munus eſt medi-
corum ſpiritualium.

Illi ſcrupuloſo, timoroſo, cui ex inaduertentia V.
contigit quidam defectus, in quem vnica vice Diuerſo
lapſus eſt, & centies eum lachrymis expiauit al- modo cu-
teri cuius anima inſtar ollæ amariſſimæ, timore rantur
& internâ deſolatione cruciatur; illi laboribus & peccato-
doloribus ob nimiam paupertatem oppreſſo, & res.
perſecutionibus attrito: trade blandam farinam,
& cæleſtem exporrige illi ſanctiſſimum Sacra-
cramentum: conſolatorias exhortationes adhi-
be, ſpiritum eius erige langueſcentem. Alteri ve-
rò peſſimo peccatori, cuius cor ſit fons Hiericho
amariſſimus, qui nequitias ebullit, vbi nihil di-
uinæ operantur inſpirationes nec prædicatorum
clamores, qui regni cælorum deſpiciat promiſſa,
qui pœnas rideat infernales, quid quæris vt ad-
hibeat medicus niſi ſalem mordacem, & exaſpe-

rantem; reprehenſio ſit ſeuera, Sanctiſſimi Sacramenti negetur ei farina, peccatorum abſolutio ſuſpendatur, differatur; clarè videat, quàm longè diſtet à Dei miſericordia, quam vicinus, vt eum ſecum diabolus auferat, & in barathri profundum pœnaſque deiiciat. Non ſcire diſtinguere medicum inter ægrotos, hoc ipſum eos perdit. Venit ecce alter iam decem plus annis concubinarius inſtar ligni aridiſſimus peccata ſua confitetur, quaſi fabulas & acta Principis Peraufulenſis enarraret: ſufficit, Domine, ait Confeſſarius, emendet ſe Dominus, & in peccatorum ſuorum ſatisfactionem legat vnum roſarium: quid ergo: illene eſt ſal, quem fonti tam amaro, & tali infirmitati iniicis ad ſanationem? neceſſarium huic erat durum diſciplinæ cauterium, ieiunia, diſceſſus ab illa & illa domo perpetuus.

Accedit alter fœnerator, qui aliorum ita habet incluſas venis ſuis diuitias, vt nec mille lanceolis, diaero verius lanceis transfoſſo effluant, & poſtquam peccata ſua dixerit, non maiori contritionis affectu ac ſi ſtipes foret, proficiat, amice, (ait medicus) accendet Dominus ad tumulum ſancti quatuor cereos. Ergóne hæc eſt iſta medicina quam adhibes, vbi neceſſariò erat nouacula quæ reſcindat, & penitus auellat ac dilaceret partes iſtas bonorum furto ablatorum? Te velle docere, qui tibi medici officium arrogas, & curam animarum ſuſcipis, monit Dominum, ſupremum medicum, tam diſtincta applicare remedia tam diſtinctis infirmitatibus. Hanc rationem adducit D. Ambroſ. quam proſequitur D. Chryſoſt & ea ipſa eſt, quam Dominus inſinuauit, quando colloquens cum Zacharia Propheta ait: non ego paſco oues meas vno eodemque modo, quaſdam enim rego virgâ, ſed floribus intertextâ, alias vero flagellis tam aſperis, vt videantur ſcuticæ quibus mancipia ad triremes adiguntur: non enim erant omnes eiuſdem conditionis, quibuſdam hæc, aliis autem alia neceſſaria erat virga. *Aſſumpſi mihi duas virgas: vnam vocaui decorem, & alteram vocaui funiculum.*

*Loco cit. Hom. 27 in Matth.*

*Zach. 11. 7.*

Dicendum ergo, differentiam illam inter Centurionem & Regulum non ſumi ex perſonarum conditione ſeu qualitate, ſed ex earundem diuerſa diſpoſitione. Datur tibi ſpeculum ſine macula, & vt tale, ſi diuerſas reddat facies, inde hoc prouenit, quòd hi, qui ſe ſpeculo offerunt, diuerſos præ ſe ferant vultus vt alibi diximus. Sol in ſe vnius eſt naturæ, ſi vero reſpectu regionis alicuius obnubiletur, & aliarum reſpectu clarius effulgeat: culpam illius, regionibus adſcribe: ſunt enim humidæ, paluſtres, & groſſos obſcuroſque ex ſe ſurſum mittunt vapores; aliæ vero ſunt auſtrales optimi aëris, herbas proferunt, quæ regiones illas expurgent. Quid miraris, quòd te non exaudiat Deus, quòd tibi obnubiletur ſol iſte iuſtitiæ, & exhilarantes ſuos contrahat radios, vt Regulo: ſi regio ſis abundans paludibus vitiorum, ſi cælum verſus aſcendant vapores profanitatis tuæ, & omnia nubibus contegant? Si ſurſum feratur facta pauperi iniuria, violentia viduæ, & puellæ vis adhibita. Audi vaticinantem Iſaiam: *Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos & Deum veſtrum, & peccata veſtra abſconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret.* Cap. 59.

### §. 10. *A Centurione miſſi legati, eiuſdem inuerterunt mandatum, quos modicæ fidei redarguas, ſed excellentioris commendes Centurionem, qui palmam eripiat Moyſi & Aaroni.*

EST autem diuina planè ratio, quam produ- 26
cunt D. Chryſoſt. *a* & D. Pet. Chryſol. *b*, cur
Chriſtus tam amicè & pacificè reſponderit
Iudæorum ſenioribus, & petitioni eorum per
omnia ſe inclinans, domum Centurionis eius
ſeruum curaturus feſtinaret; hæc nimirum, vt daret occaſionem, quâ huius Centurionis fides tam præcellens omnibus pateſieret, & cognoſceretur quantâ eſſet luce interiùs illuſtratus circa Chriſti cognitionem, factus vt fulgidiſſimum ſpeculum, cuius clariſſimis radiis, quos ex ſe emittebat, Sacerdotes & Iudæorum ſeniores confunderentur, verecundarentur, & ſummo pudore afficerentur: dum in homine Gentili & infideli tantam fidem admirarentur, ipſi vero tam modicæ fidei manerent reprehendendi. Per hæc quæ ipſi Sacerdotes & ſeniores Iudæorum referunt, credit Centurio, Chriſto ſe offert, & proſtratus eius ſupplex poſtulat auxilium.

*a Hom. 27 in Matth.*
*b Serm. 102.*

Res certè notatu digniſſima, quòd infidelis ex integro credit, per ea quæ ſibi à Iudæis referuntur, ipſi verò Iudæi nec tandem reſoluant in Chriſtum credere. Mirabile quid narrat S. Scriptura; demerſo Pharaone, & vniuerſo exercitu eius ſub vndis ſepulto, per deſerta gradiuntur filij Iſrael; occurrunt aquis amaris, vnde populus ſiti deficiens, aliis aquis deficientibus, obmurmurat: ſed ſubito dulceſcunt, dum eis Moyſes lignum ſibi à Domino demonſtratum immergit, & ſitim omnes extinguunt. De cælo pluit illis Deus manna, & coturnices, aquam educit de petra, victoriam glorioſiſſimam illis concedit con-

*Exod. 15.*

tra Amalec. hæc autem omnia infra tres menſes peracta leguntur, vt conſtat ex Exodo vbi hæc lego: *Menſe tertio egreſſionis Iſrael de terra Ægypti, in die hac venerunt in ſolitudinem Sinai.* (Exod. 19.) Illuc venit Iethro ſacerdos, & cognatus Moyſis cum filiis ac nepotibus ſuis, excitatus mirabilibus quę audierat circumferri de Iſraelitarum Deo; Conuenit Moyſen, quem pacificè ſalutat, cui Moyſes enarrat prodigioſa illa beneficia, quibus Deus, populum ſuum præuenerat, & de manu Pharaonis in libertatem aſſeruerat: denique ea omnia, quæ illis proſperè ſucceſſerant in via, & hæc coram ſenioribus filiorum Iſrael. Cui ſtatim addit textus: *Lætatusq́ eſt Iethro ſuper omnibus bonis quæ fecerat Dominus Iſraeli, eò quòd eruiſſet eũ de manu Ægyptiorum.* (Ibid. 18.9.) Et totus gaudio perfuſus, mirabilia hęc intelligens, ac ſupremam Dei Iſrael poteſtatem recognoſcens, exclamat: *Nunc cognoui: quia magnus Dominus ſuper omnes Deos*, cui mox litat ſacrificia: *Obtulit ergo Iethro cognatus Moyſi holocauſta & hoſtias Deo: veneruntq́ Aaron & omnes ſeniores Iſrael, vt comederent panem cum eo coram Domino.* Opinantur aliqui hoc intelligi de ſacrificiis, quæ comederent. Alij quod comederint ſeſtiui in honorem Dei, vt ſe cibo & potu ſuper hæc magnifica Dei opera recrearent. Hoc conſtat, holocauſta hæc, fuiſſe prima, de quibus fit mentio, ab ingreſſu filiorum Iſrael in Ægyptũ iam à multis annorum centuriis. (I. Iethro cognati Moyſi fides.) Quæ confuſio: quòd homo Ethnicus & infidelis hos omnes Iſraelitas præcedat primus offerens Deo holocauſta, non quidem Moyſen in propria naturali perſona, ſed ſymbolica totius populi, cuius ipſe imaginem referebat. Hæc eſt confuſio & pudor ſeniorum & ſacerdotum, hominem Ethnicum in Chriſtum credere, ex iis quæ ipſimet narrant, nec tamen finem tandem aliquando ſuæ faciunt infidelitati. Quocirca dum cernis, quod Chriſtus vadat cum illis ne crediderís, ait D. Petr. Chryſol. quod ſint illi, ad quorum preces ſeruum Centurionis feſtinat curaturus, nequaquam; ille vero ipſe eſt, qui eos ad Centurionem deducit: vt de incredulitatis vitio confundat, & curet eorũ paralyſin ſecundũ animam, quâ periculoſiùs laborabant, quàm ipſe ſeruus Centurionis in corpore. (Exod. 19.)

Quando ipſos Iudęos miſit Centurio ad Chriſtum, ex tunc (ait D. Chryſ.) perceperunt iam viuam in eo fidem, vt clarè oſtenderet, ſe credere Chriſtum eſſe verum Deum, qui poſſit operari, quomodo, vbi & eo modo, quo ſibi placeret: proinde non eis iniunxit, vt rogarent, quatenus in domum ſuam deſcenderet, ſed hoc ſolum, vt ei ſummo humilitatis affectu ſuo nomine ſerui ſui proponerent calamitatem; cætera diuinę ſuæ bonitati committens, vt prouideat de remedio ſibi congruo, eo modo quo placuerit: *Nudam calamitatem expoſuit*, ait D. Chryſoſt. (Hom. 27. in Matth. Tom. 2.) Eodem prorſus modo, quo virgo ſanctiſſima Maria ad nuptias in Cana Galilææ filio ſuo dilectiſſimo, vini defectũ expoſuit: *Fili, vinum non habent.* (Ioan. 2.) Veruntamen dum illi imminuere tantam Cẽturionis ſatagunt fidem, & adhuc multò magis derogare perſonæ Chriſti, quaſi nihil aliud eſſet, quam purus homo, qui non poſſit operari quidquam, niſi vbi actualiter & corpore præſens eſſet, hoc petierunt, vt deſcenderet in domum Centurionis, ſeruum ibidem ſanaturus; Chriſtus autem, cui non ignotum erat, quod progredienti domum verius, vt illi rogauerant, ei in via Centurio occurreret, qui viuâ ſuâ fide eorum & incredulitatem conuinceret, & confunderet mendacij ſeniores Iudæorum, viæ ſe commiſit Chriſtus ait D. Petr. Chryſol. (Serm. 102. cit.) *Ducebat magis Iudæos, quàm adduceretur à Iudæis, vt audirent eſſe penes Centurionem Diuinitatis reuerentiam, penes Gentilem legis cultum, in terreno pectore cæleſte ſecretum & notitiam &c.* Et ita euenit: vt enim Centurio nouerat accedere Chriſtũ, quia ad hoc eum ſuo nomine interpellarant, quos miſerat, ſeniores, è domo inſtar cerui proſilit, & vocat quoſdã ſibi cõmenſales, & pręcipuos Capitaneos, his comitibus proficiſcitur, vſquequò Chriſto occurrat, cuius pedibus proſtratus exclamat: *Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectũ meũ &c.* q. d. Confundor & pudore erubeſco, Deus meus, tanti beneficij talis fauoris indignus; ad terrã me deiicio in tuo cõſpectu. Parce mihi Domine, parce mihi, nec quid tale, aut pretij aut rogaui, vt domũ meã accederes: error hic illapſus eſt, per eos, qui tibi meũ expoſuerunt cõmiſſum, inuerterũt illud, & planè cõtrario modo vobis expoſuerũt, quàm ego illis iniunxeram.

Quàm tu grauiter confunderis, dum famulus tuus commiſſionem pro quâ eum miſiſti, totam inuertit. Quæris loqui ſeu Epiſcopo ſeu Comiti, ſeu Præſidi: mittis ei famulum, vt ei manus ex parte tua oſculum offerat & dicat: quod ſi ei bene placuerit, quam primum ad ipſum venturus ſis: Accedit ſeruus, & totum inuertit dicit enim: (II. Similitudo.) Domine mi en Dominus meus, neceſſe habet tibi loqui, ſupplicat, vt venias in domum ſuam. Si Epiſcopus palatio ſuo egreſſus rectà tenderet in domum tuam: quid ageres? Indubiè, toto impetu foras proſilires ei occurſum, & genibus eius prouolutus diceres: Ignoſce, Domine, mihi nec mea ſit illa culpa, non enim tui tã ſum ignorans, vt à te requirã, in meam deſcenderes domũ

nec ego nec illa, tanto digni ſumus beneficio. Sic ad litteram res peracta eſt cum Centurione. Numquam mens eius ea fuit, rogare Chriſtum, vt in domum ſuam deſcenderet: hic enim verè fidelis Chriſtum vt Deum credebat qui ad ſerui paralytici curationem, non neceſſe habebat, corpore illuc adire, qui diuinitate ſuâ vbique præſens aderit: ſeniores ab eo miſſi commiſſionem inuerterunt, & ex incredulitate contrario modo Chriſto retulerunt: credebant enim Chriſtum non poſſe dare languenti ſanitatem, niſi corpore in loco præſens eſſet. Eorum incredulitas Centurionis commiſſionem inuertit; & modica eorum fides, vt Moyſi & Aaroni contigit; quam rem ſane Deus grauiſſimè tuliſſe perhibetur.

☞ 27 Sitienti populo ſupplex Moyſes aquæ fluentum à Deo depoſcit. Cui Deus: Vade ad petram, nec illam tetigeris, nec virgâ percuſſeris,
Num. 20. 8. tantùm ex meo nomine, *Loquimini ad petram*: vt mei verbi cunctis innoteſcat potentia, neceſſariùs enim non eſt aut manus contactus, aut virgæ percuſſio, ſed tantum vocis vnius flatus exiguus, *& illa dabit aquas*.
III. Defectus fidei in Moyſe ad petrá. Accedunt ambo. videtur illis modicum quid, vnicum verbum, vt ex eo emolleſcat petra, & maximè tali populo, qualis hic erat, cuius cordis obſtinatio petræ vincebat duritiem. Inuertunt commiſſionem, quâ Deus illos miſerat: & cum ille prohibuiſſet, ne virgâ petram percuterent, ſed tantùm linguâ loquerentur: ipſi nec petræ verbum loquuntur, ſed eam bis virgâ percutiunt. Hoc, crediderim, ad litteram inſinuaſſe Dauid: dum ait:
Pſal. 140. 6. *Abſorpti ſunt iuncti petra iudices eorum* Duo hi præclariſſimi viri Iudices & gubernatores talis populi, pariter petram accedentes, *abſorpti ſunt*: petræ durities viuam illorum fidem abſorbuit, & petræ durities ipſos ſuſpenſos tenuit, non tam viuè credentes, vt debebant, quòd ipſis vnico verbo loquentibus, illa egurgitaret aquas. Sic rem intellexerunt D. Chryſoſt. & Theod. ex ipſo Dauid
In Pſal. 105. in verbis illis adeo intellectu difficilibus:
Pſal. 105. 35. *Exacerbauerunt ſpiritum eius &c. & diſtinxit in labiis ſuis.* Completurus Moyſes mandatum Dei, progreditur, ſed turbatus adeò & ſtomachabundus, ex tam graui populi ſeditione, vt commiſſionem ſibi impoſitam prorſus inuerterit: *Diſtinxit in labiis ſuis*, & ideo, quod linguâ exequi debuerat & voce, hoc virgâ & binâ percuſſione peregit incredulus; excandeſcit Deus adeo, vt licet mortale peccatum non fuerit, id quod commiſerunt, pœnam tamen, quam ob hoc incurrerunt, Moyſes & Aaron, numquam remiſerit, ſed vtrumque morte punierit: Aaron enim in monte Hor: Moyſes in monte Nebo occubuerunt, antequam promiſſionis terram ingrederentur: adeo enim grauiter accepit, ſic inuertere commiſſionem, eique agere contrarium. Sic etiamnum ſenſit Centurio, quòd illi ob modicam ſuam fidem, & puſillam nimis de Chriſto opinionem, commiſſionem inuerterint, cum ipſe tantummodo voluerit, vt apud Chriſtum pro ſeruo ſuo paralytico intercederent; illi è contra ex nomine Centurionis inſtiterunt, vt in domum eius deſcenderet. Vt autem hoc oleſecit, & Chriſtum ſciuit iam ædibus ſuis appropinquantem, exiuit domo, & obuiam Chriſto factus, deprecatur: *Domine non ſum dignus.* Domine ne ſim tam inofficioſus, cum enim talis es qualis ſis, vt præſumam te deprecari, in domum meam deſcenderes: nec tale quid vnquam intellexi, ſed nec quidem in mentem ſemel venit, cōmiſſionem meam inuerterunt: Agnoſco Domine mi, te Deum maieſtatis: & eam debito honore reueritus, *me ipſum non ſum dignum arbitratus, vt venirem ad te.* Luc. 7. Vt talem te confiteor, vt talem te adoro: proinde voce maiori proteſtor, me tanti beneficij immeritum, vt ad ædes meas diuertas, qui ſciam, quando vobis placuerit hoc mihi beneficium indulgere, te poſſe quod tantopere præopto; ſufficere & plus quam ſufficere vnicum tuum verbum, vt gratiam hanc tam nunc completam ego recipiam: *Domine non ſum dignus &c. ſed tantum dic verbo.* O fidem eminentiſſimam! ô cognitionem clariſſimam! Ne mireris quod tantâ Centurio diligentia Chriſtum adierit: graditur enim Chriſtus ſemper in bonum noſtrum, & vt nobis ſua dona ad menſuram viuæ fidei largiatur: quæ ſecura ſit, confidens, & ardens charitate, & ſubmiſsâ ſociata humilitate.

Perpendit D. P. Chryſoſt. id quod contigit in Serm. ad pop. reſurrectione Lazari Moritur Lazarus, nouit hoc Chriſtus, cui omnia ſunt præſentia, & eâdem hora diſcipulos ſuos de eo certiores facit: & prætendit eo tendere Lazarum reſuſcitaturus. *Lazarus mortuus eſt &c. vado, vt à ſomno excitem illum.* Ioan. 11. Tam lento verò greſſu progreditur, vt quatriduum itineri impendat. Appellit Bethaniam; occurrit ei Martha, & amabiles exponit querelas, *Domine, ſi fuiſſes hic frater meus non fuiſſet mortuus* Siſtit hic Chriſtus, & multis ei rationibus fratris ſui conatur perſuadere reſurrectionem. Replicat illa, ſcio Domine, *Quia reſurrecturus eſt in nouiſſimo die.* Eam ſuper hoc plenius in fide ſuæ poteſtatis Chriſtus catechiſat: *Ego ſum reſurrectio & vita &c.* progreditur lentè, & aliis multis rationibus cum Maria occupa-

tur.

tur, dein pedetentim accedit ad monumentum, pedem figit, gemit, lachrymatur, fremit. Quærit D. P. Chryſoſt. Domine quid ſibi vult hæc mora? Lazarus mortuus eſt, & quolibet momento in puluerem reuertitur iam fœtens, & quid moraris? *Qui ad Lazarum venerat, quid ſic occupatur in Martha?* Reſpondet ipſe: ob multas rationes: progreſſus eſt enim Chriſtus ad greſſus fidei, & Marthę ac Mariæ fides lento proficiebat pede, vt languens, modica, tepens, & parum fidens: iuxta hos greſſus progreditur Chriſtus: voluit autem primum fidem Marthæ ſolidare, quâ illa iam curreret in cognitione ſuæ diuinitatis, donec ad ſummã ſuæ diuinitatis pertingat profeſſionẽ: vt & ipſe ad ſummum omnium miraculorũ feſtinaret: *Occupatur in Martha, vt ante Martha ſurgeret in fide, quàm Lazarus reſuſcitaretur in carne.*

IV. Martha à Chriſto inſtruitur in fide.

Noſtin' cur Deus tam diu differat ſua dona, etiam eum dum rogas cur tam lentè procedat in tui remedium! O quàm ſero tibi reſtituit ſanitatem & tuis medetur anguſtiis, licet ſæpius interpellatus. Nil mirum; fides tua lento quoque greſſu progreditur, pedibus claudicas, claudicat in eius obſequio ardor charitatis. Quàm tepidè Deo fidis? quàm moram trahens, & pedetentim in eius ſeruitio progrederis? quàm flegmaticus Miſſæ ſacrificiis accurris, accurris hoſpitali, accurris eleemoſynis. Quid noui, ſi & Deus tam lento procedat paſſu, non feſtinet, non currat. Circa prædicta, quòd Centurio non ea intentione legatos ad Chriſtum miſerit, vt ad ædes eius deſcenderet; oritur dubium: videtur enim Lucas contrarium referre: *Miſit ad eum ſeniores Iudæorum rogans eum, vt veniret, & ſanaret ſeruum eius.* Dubium hoc proponit D. Chryſoſt. & enodat: ſtat prædicta doctrina, & ex ipſo D. Luca confirmatur: refert enim, quòd conſcius aduentus Chriſti Centurio, continuò miſerit aliquos ſuos concapitaneos, vt iter eius remorarentur: & credo, quod & ipſe tam feſtino gradu illos fuerit inſecutus, vt pariter ad Chriſtum aduenerint, & ipſe in terram proſtratus dixerit: *Domine noli vexari, non enim ſum dignus vt ſub tectum meum intres, propter quod, & me ipſum non ſum dignum arbitratus qui venirem ad te, ſed dic verbo, & ſanabitur puer meus.* Domine, dum me iudico tuâ præſentiâ indignum, ſacerdotes miſi, & hoc credidi, quòd vnico tuo verbo poſſit ſeruus meus reſtitui ſanitati. Qui talibus vtitur verbis indubiè ſeniores non miſit, vt ad eius ædes deſcenderet. Quid ergo eſt, quod Lucas ait: *Miſit ad eum ſeniores, rogans eum, vt veniret &c.* Ratio hæc eſt: quia ipſi ita ſunt locuti, vt latè proſequitur D. Chryſoſt. & declarat Toletus.

Luc. 7.

Hom. 27. in Matth.

*In c. 7. Luc. Ann. 4.*

## §. II. *Conuenienter Centurio Chriſtum appellauit Dominum: nomen Deo ab æterno proprium.*

EN quàm ſplendidos ex ſe emittat radios 28
hoc noſtrum ſpeculum, in ſe radios excipiens ſolis Chriſti, qui pleno eum lumine illuminat: vnumquodque eius verbum, radius quidam eſt fulgentiſſimus, qui lucem ſignet altiſſimæ cognitionis, quam in ſe habet; & fidei eius in ſummo gradu perfectiſſimæ, qui iure optimo à D. Ambr. vocatur, *Magna & perfectæ fidei vir.* Eius verba verbotenus expendamus: vnumquodq; enim eorum magna continet myſteria: *Domine.* Hoc verbo ſubtiliter Chriſti profitetur diuinitatem, cui ſoli cõpetit titulus ille abſolutè Dominus, interminus, illimitatus. Quotquot in creaturis titulo Domini gloriantur, eo modo Domini ſunt alicuius rei, vt alterius non ſint: & qui vnius regni Dominus eſt, alterius non eſt, & qui terræ dominatur, in cęlis nõ agnoſcitur, & quem Angeli vt Dominum non reuerentur, hunc ſuſcipiunt homines. Soli Deo cõuenit eſſe Dominum ſine limite, ſine determinatione: Dominus eſt enim vniuerſorũ tam abſolutè, vt nulla ſit creatura, nec eſſe poſſit, ſeu ſpiritualis, ſeu corporalis, cæleſtis, ſeu terrena, quæ eo ipſo, quo eſt, aut eſſe habet, pleno iure non ſit eius ſubiecta dominio. Talem confitetur pulcherrima illa Aſſueri vxor Eſther Regina, quando oratione feruentiori diuinum implorat auxilium in populi ſui liberationem, dum ait: *Domine Rex Deorũ & vniuerſæ poteſtatis.* Duo Deorum genera commenti ſunt Gentiles. Hos terræ Dominos Imperatores vocabant, illos, vt cælo dominantes, Deos: Voluit autem indicare: Domine ſupreme: Dominus enim es ſuper omnes, qui poteſtatem exercent & in cælo, & in terra: ita vt nihil ſit in rerũ natura, quod tuam ſubterfugiat poteſtatem. Vatablus legit: *Rex gentium, & omnis imperij Dominator:* Alij legunt: *Omni potentatui dominans.* Hic talis eſt Dominus, vt nullus ſit Princeps, nec poteſtas aliqua, quæ eius plenario non ſubſit Dominio: ac proinde ei ſoli competit nomen abſolutè Dominus abſque aliqua reſtrictione: & optimo iure ei dici poteſt: *Tu es ſolus Dominus.* Inſuper & hoc eſt ipſum nomen, quod ipſe pro ſigno dedit, quo dignoſci & honorari poſſet, ſuper illud omne, quod eſſe habet quocirca cũ per Prophetã Iſaiam

*Serm. 89. Tom. 3.*

V. Soli Deo conuenit eſſe Dominum.

*Eſther c. 13.* 12.

*Iſa. 37.* 20.

magna quædam propoſuiſſet, quæ eſſet operaturus, vt verus Deus, & ea quidem talia, quæ
Iſai. c. 42. 8. ſolus, qui talis eſt, poſſet operari, mox adiungit: *Ego Dominus & hoc eſt nomen meum.* Hoc ipſum à multis æuis egerat, vt tanquàm Deus haberetur, & in eo populus eius totâ fiduciâ, vt tali, niteretur: exinde à principio, dum populum de ſeruitute vellet eruere Pharaonis, & in eum finem mitteret Moyſen ad filios Iſrael ſuo nomine: illique diceret Moyſes: Domine, ſi dixerint, quis te huc miſit: & *quod eſt nomen eius*? Reſponde illis, inquit, *Hæc dices filiis Iſrael, Dominus Deus Patrum veſtrorum &c. hoc nomen mihi eſt in æternum.*

II. Deus, Dominus eſt ab æterno.

Exod. c. 3. 15.

I. p. qu. 13. ar. 7.

Quid dicis, ô Domine, *in æternum*? Quæſtionem habet Theologorum facilè Princeps, an nomen (Dominus) Deo poſſit conuenire ab æterno, & num ante mundi creationem potuerit vocari (Dominus) & cum D. Aug. reſoluit, quod non: & ratio eſt: quia nomen (Dominus) correlativum eſt (ſeruo) proinde nemini poteſt dari, qui pro correlatiuo ſeruum non habeat, cuius ſit Dominus: ſicut ob eandem rationem nulli homini poteſt nomen patris conuenire, antequam habeat filium; ſi hoc ita ſit, cum verum ſit, quòd Deus ab æterno nullam habuerit creaturam, cuius potuiſſet eſſe Dominus, quâ ratione dicit: *Hoc nomen mihi eſt in æternum.* Sic ſe veritas haber. Verùmtamen, hoc ei nomen Dominus conuenit ab æterno: modo eminentiſſimo. Quæris, cuius tum potuit eſſe Dominus, ſi nihil eſſet in rerum natura? eſto: iſtius nihili: An tibi hoc parum videtur? Inter nos, vt alicuius dominum diminuatur dicis: rei nullius Dominus eſt, & multum aberras: nulla enim creatura, aut eſt, aut eſſe poteſt Domina (Nihili) Eſſe enim rei alicuius Dominum, hoc eſt poſſe de ea facere, quomodo, & quidquid libuerit. *Dominium* (aiunt Iuriſperiti) *eſt facultas vtendi re in quemcumque vſum.* Nulla eſt creatura, quæ de nihilo poſſit facere, quidquid libuerit: hoc dominium ſoli Deo reſeruatur, & ipſum habuit ab æterno, vſus eſt nihilo, quâ ratione; & in quemcumque vſum illi libuerit:
Rom. c. 4. 17. *Vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt.* Sed nec tu quidem tantum dominium habes in tuam chlamydem, vt de ea poſſis lænam conſuere aut quidquid poſſes imaginari, ſicut in nihilum Deus pleno potitur dominio.

☞ 29 Hinc benè trahitur cuiuſdam quæſtionis reſolutio, quam obijcit D. Didymus perpendens hæc verba Dauidis: *Ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandauit, & creata ſunt.* Quærit *Quis, cui dixit? Quis, cui mandauit? Priuſquam crearet Deus orbem*, nihil erat præter tres Diuinas Perſonas. Tunc, quis cui dixit? Quis cui mandauit? Forſan vna perſona mandauit alteri? Non hoc: fuit enim hic Platonis error: teſtibus D. Cyrillo a Et D. Euſeb. Cæſar. b. Qui tres ſtatuebat Deos, quos vocabat tres primas eſſentias, & tres primarios intellectus, ſic inter ſe diſtinctos, vt primus eſſet maior, ſimpliciſſimus, immotus, & hic mandabat. Secundus minus ſimplex: eo quod omnium recipiat Idæas creaturarum, quem vocabat (Mens) & hic primi præceptum exequebantur. Tertius his ambobus inferior, quem credebat, eſſe mundi animam; qui vt talis mundum ſuſtineret, & per omnia vagaretur.

In pſ. 32. In catena Græca: Iſ. 32. 9.

a Contra Iulian. b. L. de præparat. Euang.

III. Cuius rei ſolit Deus ab æterno Dominus.

Hoc deuiat à vero: quia ab æterno non niſi tres credimus perſonas Diuinas, in omnibus & per omnia, ſibi æquales, vt vna inferior nè puncto quidem ſit quàm alia. In illa igitur æternitate, quis cui mandauit? Quis erat ante mundi creationem, qui mandanti obediret. Non adeo facilis viſa eſt hæc quæſtio D. Baſilio, & Ambroſio, dum illa verba perpendunt, quibus Moyſes refert creationem mundi: *Dixit Deus: fiat lux.* Quaſi eſſet aliquis, cui præciperetur, & qui obediret, qui ordinaret & qui exequeretur: & huius occaſione multa congerunt difficillima. Ad noſtrum tamen propoſitum, facile eſt reſpondêre. Mandauit Deus nihilo, locutus eſt nihilo, vt talis eius Dominus, quod ipſi continuo obedierit, egeritque quidquid illi præcepit: hoc enim eſt illi proprium, talem eſſe vniuerſorum Dominum vt ſit non tantum eorum quæ ſunt, ſed etiam eius quod non eſt. Nihilo dixit, nihilo mandauit, & nihilum ita per omnia, & in omnibus obediuit: *Quia ipſe dixit, & facta ſunt, mandauit & creata ſunt.* Si igitur vis noſſe nomen ſoli Deo proprium, dic (*Domine*) ſine termino, ſine limite & hoc nomine à Centurione vocatur & agnoſcitur. *Domine cœli & terræ*, creaturarum, ſpiritualium, corporalium omnium, quæ ſunt & omnium quæ non ſunt, & ipſis nihili, vt de eo & de omnibus operari poſſis: qua ratione, quando & quomodo libet tibi placuerit.

Gen. 1. 3.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*§ 12. Euincit Salomonem Centurio: dum indignitatem ſuam non domui, ſed ſibi adſcribit: nulla enim Deo indigna, niſi quam peccatum reddit indignam.*

130 AMplius. *Non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum.* En quam in altum aſſurgat. Ne credideris, ait Abulenſis quod illa dixerit Centurio, eo quod domus eius eſſet humilioris ſtructuræ aut pauperculum quoddam Tuguriolum: non enim talis erat, ſed permagnificum palatium, & hoc colligi poteſt ex eo quod Capharnai (vt notat Chriſtus) magna eſſent edificia, & præclara palatia, & creditu facilè eſt, Centurionem tantæ fidei militem, tanta amicorum turba cinctum, fabricatum cultorem, vtique qui ſynagogum ædificauerat, incoluiſſe domum cæteris illuſtriorem: ſed verbis illis, altiſſimam exponit, quam de Chriſto habet cognitionem. Videbatur D. Chryſoſt. ſimilis Salomoni, cui Deus tantam ſuæ ſapientiæ lucem infudit, vt eum omnium ſapientiſſimum creârit. In eo verò maximè ſuam prodidit ſapientiam, quòd erecto & conſummato magnificentiſſimo & tot expenſarum templo in honorem Dei, exponere voluit ſupremam Dei Maieſtatem ac celſitudinem, proteſtatus, domum, talis qualis eſſet tam magna, tam opulenta, indignam eſſe tali Maieſtati & ita ait: *Si cœlum, & cœli cœlorum, non te capiunt, quanto magis hæc domus, quam ædificaui.* Anguſta nimis eſt domus hæc, ô Domine tali hoſpiti. Hoc idem de ſua confeſſus eſt Centurio: q. d. ait D. Chryſoſt. Cum tantus ſis Dominus, vt plane ſit illimitum tuum Dominium: tali celſitudini domus mea omnino eſt indigna.

q. 32. in c. 8. Matth.

2. Paral. cap. 6. 18.

Ho. 27. in ſolt. Matth. & Ho. 22. in imperf.

Credit D. Ambroſius, multo his verbis Salomone celſiùs illum eſſe euectum: ille enim vt Diuinam celſitudinem Maieſtatemque exaltaret, indignitatem domui ſuæ adſcripſit: cum ait: Si tanta ſit, Domine, tua magnitudo, vt te non capiant cœli cœlorum, quanto magis indigna erit domus hæc, quæ cœlis ipſis tanto ſit inferior: *Si cœlum, & cœli cœlorum.* Centurio verò indignitatem domui ſuæ non imputat, nec dicit: indigna eſt domus mea, ſed ſibi: dicit enim. Ego ſum ille indignus: vt oſtenderet Chriſti celſitudinem & Maieſtatem tam eſſe, quæ vero Deo conueniret cui nihil anguſtum, nihil abiectum, nihil eſt ſua ſede indignum, niſi vbi peccatum regnat mortale, hoc Deo habitaculum adeo reddit anguſtum, licet ipſum mundo infinities ſit maius, vnum ſolum peccatum, quale quod ſit, eum ita reddit anguſtum, vt nec in illud poſſit intrare, nec caput mouere vt vel ſemel videat, quanto magis, vt illud inhabitet. Dicit enim Propheta Abacuc. *Mundi ſunt oculi tui, ne videas malum, & reſpicere ad iniquitatem non poteris.* Deo non eſt indignum fœtidum ſterquilinium, quod ſibi Iob ſumpſit in ſedem, & propugnaculum, vbi ſuæ patientiæ erexit tropheum: nec ceti venter anguſtus in profundis marium abyſſis, vbi ſuæ inobedientiæ Ionas defleuit peccatum: nec conſumens fornacis ignis Babyloniæ, vbi ſanctiſſimi iuuenes Deo laudes celebrant: nec leonum cauea, vbi Daniel medius inter ſeptem leones cor ſuum in cœlum dirigit: nec altus ille puteus, in quem deiectus Hieremias plebis deplorat ſcelera Iudæorum. Non eſt indigna Deo cellula D. Hilarionis, tam arcta, vt ſolum eius corpus reciperet, velut ſepulchrum, nec ſpelunca abſcondita D. Pauli Eremitæ, vbi quaſi extra mundum viuebat; nec eſt pauper ſeceſſus optimi Religioſi, nec cubiculum cœlo patulum Monarchæ Diſcalceatæ, in omnibus his, eſt, moratur, & inhabitat Deus, vt in ſede Maieſtatis maiori voluptate, & amplitudine, quâm in toto vniuerſo; Nullus eſt locus, qui inficiat; aut ſuæ diuinæ Maieſtati contradicat; non paupertimum beſtiarum ſtabulum, non præſepe, telis obſitum aranearum, quin potiùs dum in eo receptus, & reclinatus vagit, eius gloriæ & maieſtati laudes cantat militia cœleſtis, & cœleſti muſica intonat verſum hunc: *Gloria in excelſis Deo.* Nec quidem crucis infame patibulum, in qua vt malefactor emittit ſpiritum (cum locus ille omnium eſſet maximè publicus & infamis, quem mundus aut habebat, aut poterat imaginari;) hic enim tam fixus ſedit, vt in ea voluerit clauis configi, quin potiùs vt de Deo digna, ſic cantat Eccleſia; *Sola digna tu fuiſti.* Et ſic in rei veritate credimus; non enim erat in toto mundo locus, nec poterat eſſe nitidior ab omni culpa, quam Crux illa; cùm enim ex ſe ipſa eſſet peccatorum pœna, in illa nec minimum quidem peccatum fuit; quod bene teſtatur ille, qui ad latus Chriſti pendebat: dum ait; *Hic nihil mali fecit*, quin potiùs in ea pependit qui omnia purgaret crimina & ſanguinis effuſione, expungeret, deleret, abrogaret, omnes cautiones, chyrographa, conſcriptiones, & cenſuum litteras, quibus anima noſtra deuinciebatur, & cruci fuere confixæ, ſicut mercator publicè affigit parieti ſcedulas debitorum, cum iam illis ſatisfecerit, eaque deleuerit.

L. 7. in c. 7. Luca.

Abac. 1. 13.

I. Nullus locus Deo indignus.

Luc. 23. 41.

Coloſſ. c. 2. 14. leuerit. *Delens quod aduerſum nos erat chyrographum decreti, quod erat contrarium nobis, affigens illud cruci.*

Non eſt indignum Deo habitaculum, corpus pædore & vermibus horridum, quale fuit aut Iob, aut mendici Lazari; nec pauper diſcoopertus, aut quinque corporis partibus transfixus, vt S. Franciſci corpus, nec corpus diſciplinatum ictibus attritum, nec terræ proſtratum pro molli lectulo, cui impoſitus ſeu hiſpidus lapis pro ceruicali, quali S. Dominicus vtebatur, nec corpus ieiunijs, verberibus, lapidibus, perſecutionibus exeſum, quale illud D. Pauli quin potiùs hæc illis erant inſignia ad ianuas affixo, in ſignum eius Domini, qui ibidem morabatur. *Ego* Gal. c. 6. 17. *ſtigmata Domini mei Ieſu in corpore meo porto:* In his habitat Chriſtus, *Viuit in me Chriſtus.* Videtur D. Paulus audire quendam qui fores domus ſuæ pulſet, & quærat: Quis hic agit? Reſpondet, qui hic habitat, Chriſtus eſt: hic habitat Deus, vt in domo voluptatis, vt in ampliſſimo palatio, vt in loco Maieſtatis ſuæ, & gloriæ, vt iam dixerat, referente Apoſtolo, quod vbi foret munditics à peccatis, dignus templo ſuo pararetur locus, *Et inhabitabo in illis* Et cla- Leu. c. 26. 2. Cor. 6. 16. rè ſatis hoc edixit Iſaias, vt notat D. Hieron. In c. 66. Iſai. quando gloriantibus & lætantibus Iudæis, ob templum adeò magnificum, ſumptuoſum & percelebre Deo ædificatum, illis ait: Non ſunt hæc, quæ domum hanc dignam faciant & mihi gratam, certiſſimè non; ſed à peccaco immunitas, nitor & mundities, quæ vbi eſt, ſunt ſibi locum quietis & habitationis, qualis eſt pauperculus, humilis, infirmus, languens, nudus carnibus, cum non habeat quo eas foueat, aut contegat. *Super quem autem requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem & manſuetum & timentem ſermones meos?* Iſai. c. 66. 2.

Attende tibi, nullum ſit peccatum; quod ſi hoc non egeris, licet domum tuam tepetibus opere polymito contextis ornaueris, & pannis auro intextis & ſerico Flandrico, & in quolibet angulo centum dixero, abacos ſtatueris operum auri argenti, cryſtalli, quæ vt ſtellæ fulgeant, & intrantium oculis irradient, & aulas lectulis floridis ſtratas Chinenſi apparatu fulgidas, omnia cubicula, vrceolis aromatum & incenſi fumo redplentibus: domus hæc Deo indigna reputabitur, & nequidem oculos ſuos ad eam deflectere dignabitur. Adornes te licet, ô vir nobiliſſime, inſtar narciſſi; & vndequaque ſimilis pauoni; & tu, ô Domina, licet viginti quinque aciculis mundum muliebrem affixeris, capillos candenti ferro criſpaueris, genas intinxeris, faciem pulvere odorifero conſperſeris, & vt hortus florifer flacta ſis: quod ſi adſit peccatum; Deo fœtes, ne ſperes, quod eo ſit intraturus: iam enim te præmonuit, qui huius non erat ignarus. *Quoniam in maleuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis.* Sap. c. 1. 4. Omnia peccatorum genera verba hæc comprehendunt: aliqua enim eorum, tangunt magis animam, quæ vt alibi diximus, à Theologis vocantur ſpiritualia: vt Inuidia, Auaritia, Superbia, vana gloria: alia vero corpus vt luxuria, ſenſualitas, gula, acedia, ira, rabies; ne ſemel quidem tibi, velim imagineris, Deum eo ingreſſurum, vbi fuerit peccatum, qualecumque illud fuerit.

II. Sola anima peccato in- fecta Deo eſt indigna.

Mouet D. Aug hanc quæſtionem. An fuerit Serm. 15. de temp. indignum loco tam eminenti & palatio gloriæ Dei, cœlo ſcilicet, ſuſpenſum in cruce latronem ibidem recipi: omnes enim qui cœlo digni habentur, ſedes & throni ſunt Diuinæ Maieſtatis, in quibus Deus glorioſus regnat, in quibus in æternum reſidet: & ob hanc cauſſam vocat eos Dauid, ſedes Dei: *Illic ſederunt ſedes.* Quis igitur Rex eſt, qui in ſuæ Maieſtatis thronum recipiet, lignum aridum, exeſum, reiectum ab omnibus? Pſal. 121. 5. Si Salomon ſuæ Maieſtati thronum erexit ditiſſimum, formoſiſſimum, & toto orbe celeberrimum, vt de eo dici potuerit: *Non eſt factum tale opus in vniuerſis regnis.* 3. Reg. c. 10. 20. Oportet enim thronum eius conuenire Maieſtati, qui in eo reſidet: Salomonis autem Maieſtas ea erat, vt Spiritus S. de eo teſtetur. *Magnificatus eſt Rex Salomon ſuper omnes Reges terræ.* 3. Reg. 10. 23. Talis igitur decet thronus Deum, qui ſit legitimus gloriæ ſuæ thronus, vbi ſuam omnibus propalat magnificentiam. Qua ratione ergo in thronum admittit Latronem? ſcrutare, (ait) ſi ſit peccatum an non? ſi inueniatur peccatum, nec ipſe ſupremus Angelus, creatura omnium pulcherrima & perfectiſſima quæ Diuinis prodijt è manibus, erit aptus, erit dignus paradiſo, quin potius eijciendus vt quid Diuinis oculis abominandum: Verùm ſi peccatum non ſit, latro ſuſpenſus, mulier in ciuitate peccatrix, vile ſcortum Samaritana, infamis Publicanus, digni habebuntur ſede & throno Majeſtatis & gloriæ Dei: & in ea reſidens, habebit præclarum, magnificum & dignum ſuæ gloriæ thronum: iam nunc eam ingreſſurus, colligit latronem maximè ſceleratum, quem orbis, poſt Barabbam primus eſt deteſtatus, qui cum tantus eſſet cum Chriſto collateralis ſuſpenditur: hunc ſecum trahit:

III. Cœlum ipſum peccatores non capit ſed commiſſos.

Hodie

*Hodie mecum eris in paradiſo.* Omnem hanc pro-
Luc. 23. fundiſſimam Theologiam intellexit noſter Cen-
43. turio; ac proinde non ait: Domine, domus mea
indigna eſt, ſed ego. *Non ſum dignus.* Vtique
peccator, quocirca, radix & cauſa ſum tantæ in-
dignitatis. *Non ſum dignus.*

## §. 13. *Prudentiſſimè orationem ſuam ab his verbis inchoat:* Domine non ſum dignus: *aptiſſimum orationis principium.*

32 ALiud hinc panditur, myſterium: verbis
enim illis: *Domine non ſum dignus*, o-
ſtenditur huius adamantis lux clariſſima
in ſcientia tractandi cum Deo, quam notat hic
Serm. 89. Diuus Ambroſius Dicito mihi (amabo) tam pru-
dens quàm fortis Centurio quæ eſt peritio tua?
beneficium à Chriſto obtinere; Vbi igitur repe-
ries, ad hoc congruum eſſe medium accedere
cum proteſtatione, tibi hoc ex merito non de-
beri; ſi ad altiorem militiæ gradum ambias aſ-
cendere, ſi ab Imperatore Romanorum obti-
nere, vt ex Centurione, aut Decurio, aut Tribu-
nus euadas, ſi vt tibi aut vexillum; aut locum
aſſignet eminentiorem, forſan aggredieris accu-
ſatio tuam aut ſocordiam, aut negligentiam,
aut puſillanimitatem, proteſtans te nihil ſimi-
le demeritum, inſuper & eius honoris, quo
potiris, indignum? Conſtat omnibus, hoc te
acturum, minutatim extollendo obſequia tua,
quibus dignus eius gradus, quem prætendis, eſſe
cenſeatis, ac præſidij honeſtioris; quomodo igi-
tur nunc tuam exponis prætenſionem, dicendo te
eâ prorſus indignum? Pater hic, quàm clarè cum
cognoſcat, cum quo agit, eſſe Deum, modum-
que ſciat negociandi cùm Deo: nimirum, vt
aſſequamur id, quòd poſcimus, vnde ſit exordi-
endum, & qui ponendus ſit primus greſſus, hoc
eſſe nos indignitatem noſtram, & meritorum de-
In Pſ. 74. fectum candidè conſiteri: *Domine non ſum di-
gnus.* Viſum eſt D. Aug quod Magiſter ille ora-
tionis, Dauid voluerit docere nos modum ora-
tionis ac petitionis; vt Deo grata ſit, dum ait:
Pſ. 74. 1. *Confitebimur tibi Deus, confitebimur, & inuocabi-
mus nomen tuum* dum oramus, dum petimus,
dum ſupplicamus, inuocare Deum prætendimus:
*Inuocabimus*: quid hoc eſt? *Inuocare, quid eſt*, (pe-
D. Aug. tit. Aug ex quo hoc ſumpſit D. Thom. *Niſi in te
in Pſ. 74. ipſum vocare?* cum ipſo omne bonum habebis
In Pſ. 30. cum notum ſit, Deum eſſe: *Omne bonum.* Dic
Conc. 3. mihi, ô Propheta, vt hæc felici greſſu pro-
Tr. 3. cedat petitio noſtra, quid agendum. *Confite-
bimur tibi Deus, confitebimur.* Prima ſit, ex pro- In c. 10.
funda humilitate, peccatorum ac nequitiarum ad Ro-
tuarum confeſſio; & quam per hæc Diuinæ mi- ma. lect. 2.
ſericordiæ ſis indignus. Hoc neceſſariò (ait D.
Aug.) præmitti debet principium. Per, & ob
peccatum longè diſtat à te Deus: vt ipſe ait:
*Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos, & Deum* Iſa. 59. 2.
*veſtrum, & peccata veſtra abſconderunt faciem
eius à vobis, ne exaudiret.* Quid detinet exulem
ab anima tua Deum, niſi inhoneſtiſſima illa tua
laſciuia, cupiditas tua iniuſta, odium tuum ar-
dentiſſimum? vis in te Deum adducere? laua
te à peccato. Ad hoc autem, quid eſt maximè
congruum, ac ſecurum, niſi contrita & humilis
confeſſio culparumque cognitio? Per hanc in-
cipe. *Confitebimur tibi Deus.* O bonum princi-
pium!

Iam concluſum erat inter Iſraëlitas bellum 33
ſatis periculoſum ac ſanguinolentum indicere
Tribui Beniamin, & hoc adeo ferox vt nullius
vitæ parceretur, omnes ad internecionem de-
lerentur. Ad hoc Deum conſulunt, vt quem ſi-
bi in Ducem exercitus præuium ſumerent, per-
cunctantur, vt ex certamine redeant victores:
*Quis erit in exercitu noſtro Princeps certaminis?*
Reſpondet Deus: *Iudas ſit dux veſter.* Domine, Iud. c. 20.
quid huic amplius, quàm alterius tribus duci?
inſignis eſt dux (ait D. Amb.) vt præcedat exer-
citum, & primus hoſtibus obuiet, & victoriam In Pſ. 67.
obtineat. Vnde Dauid enarrans & decantans & in Pſ.
glorioſas victorias, quas myſterioſi quidam ex- 113.
ercitus ab hoſtibus ſuis reportarant, quos men-
tis ſuæ acie conſiderabat, aduertit, non multum,
nec mirum tales exercitus gaudere triumphis,
quorum anteſignani Duces erant Principes Iu-
da: *Principes Iuda Duces eorum* Deinde idem Pſ. 67. 28.
expendens quanta animorum voluptate egreſſi
ſunt de Ægypto filij Iſrael, quantis victorijs in-
ſignes peruaderunt mare rubrum, de Pharaone,
eiuſque exercitibus triumpharunt, ad rem no-
tat, eorum Duces & Primipilos fuiſſe ex tribu Pſ. 113. 2.
Iuda. dum ait: *In exitu Iſrael de Ægypto: facta* D. Aug.
*eſt Iudea ſanctificatio eius* Pulcherrimæ ac iucun- Tom. 8.
diſſimæ ſunt in ſe hæ hiſtoriæ, (ait D. Aug.) I.
ſed *Plus me delectat, quòd ex iſtorum nominum* Dux ad
*interpretatione clareſcit; Hebræa quippe ſunt no-* victo-
*mina.* Quid autumas ſignificare Iuda? Confeſſio- riam eſt
nem *Iuda confeſſio interpretari dicitur.* Hic igi- Confeſ-
tur Dux ſit, qui præcedat, ad victoriam; quòd ſio.
ſi aliquid à Deo adipiſci deſideres, eius miſericor-
diam, Diuinum ſubſidium, dona cœleſtia, pecca-
torum remiſſionem, ſalutem, quietem, elige in
anteſignanum, humilem confeſſionem, ob illa

exordire, & ea ſit, quæ prima præcedat. *Confitebimur tibi Deus.* Nec tibi ſufficiat vna ſimplex confeſſio, ſed duplicata, ſemel, iterumque confitearis: idcò enim repetit Dauid: *Confitebimur:* eo quòd eius ſit conſuetudo, & S. Scripturæ phraſis; vt declaret, quàm ex animo res reliqua ſit agenda, quod illam ſæpiùs repetat: itaque vt Dauid declararet vehemens ſuum de aduentu Chriſti deſiderium in illo tam longo
Pſ. 88. 53. quàm diuino Pſalmo *Miſericordias Domini*, illum concludit repetendo: *Fiat, fiat.*

Et vt Deus oſtenderet Pharaoni, quàm ex rei veritate & certiſſimè eueniret id, quod ei in ſomnijs oſtenderat, viſionem bis repetijt: primùm ſeptem ſpicarum oſtenſione; ſecundùm vaccarum etiam ſeptem, & hoc ipſum optimè notauit Ioſeph, dum ait: *vna eſt interpretatio, ſed quod bis vidiſti, ad confirmationem valet.* Non eſt loquacitas, repetitio eiuſdem rei, quam frequenter Sancti in ſacra ſcriptura vſurpant *Ne putetis repetitionem in verbis ſanctæ linguæ, quaſi loquacitatis eſſe appetitum: ſed repetitio firmamenti habet vim. Paratum cor meum Deus, inquit, paratum cor meum. Et iterum. Suſtine Dominum, viriliter age, confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum.* Eodem tono, vt oſtenderet, quàm firma & conſtans debeat eſſe peccatorum & tuæ indignitatis confeſſio, ex qua principium ſumere debet tua petitio, bis repitit Dauid: *Confitebimur tibi Deus, confitebimur.* Vel ſi placet vt demonſtret, quòd illa indignitatis tuæ confeſſio, debeat primùm fieri corde Deo, primùm dixit: *Confitebimur tibi Deus.* Deinde voce Confeſſario eius miniſtro, & ſic ſecundò addit: *Confitebimur.* Hoc oportet ſit principium, quod aperte ſatis docet
Pſ. 146. 7. Dauid. *Incipite Domino in Confeſſione*: ita ipſe
In Pſ. 146. legit, declarat D. Auguſtinus. Hoc quod nos habemus: *Præcinite Domino in confeſſione.* Ingredimini,
In Ioan. ſyncerè, & plenè confitentes veſtram
Tract. 42. indignitatem, paucitatem, defectum meritorum, & quæ ſunt in te merita, non tantùm merita non ſunt, vt Deus ſuam tecum faciat miſericordiam, quin potius, vt te æternis addicat mulctetque ſupplicijs.

Hic præcipuorum Magiſtrorum orationis ſtylus fuit, quando eam maiori ſpiritus feruore exercebant, & in prægnantis neceſſitatis caſibus, & quando certo certiùs ſuperna à Deo dona prætendebant adipiſci. Vt Daniel à Deo omnium optimum, nempe Meſſiæ aduentum impetraret, ipſum audite quo paſſu ingrediatur, audite orationes eius; audite, quâ ratione incipiat à præambulo, *Confiteor Deo: Oraui ad Dominum Deum meum, & confeſſus ſum, & dixi:* Dan. 9.
*obſecro Domine Deus magne &c. Peccauimus, iniquitatem fecimus, impiè egimus, receſſimus, & declinauimus à mandatis tuis.* Sanctus Sacerdos Eſdras, quando orationem ſuam Deo obtulit, pro populi ſui captiuitate, primum orationis eius verbum fuit: *Confiteor Deo:* Sic enim ordi- 1. Eſdr. 9.
tur: *Deus meus confundor, & erubeſco leuare faciem meam ad te: quoniam iniquitates noſtræ multiplicatæ ſunt ſuper caput noſtrum.* Piiſſima Eſther, quando Dei miſericordiam, pro plebis Iudæorum ſalute deprecabatur, attende orationem eius. *Deprecabatur Dominum dicens: Domi-* Eſther. c.
*ne mi, qui Rex noſter es ſolus &c. peccauimus in* 14. 6.
*conſpectu tuo, & adeo tradidiſti nos in manus ini-* Luc. 18.
*micorum noſtrorum.* Recordare Publicani, quo Serm. 13.
*Confiteor* ex toto corde, percutiens pectus ſuum, intonet. *Deus propitius eſto mihi peccatori.* Nihil potentiùs ait D. Ambroſ. quodlibet à Deo impetrandi, humili oratione: cuius homo ponit fundamentum, profundam ſuæ indignitatis, & paucorum meritorum confeſſionem.

Diligenter precor, attende, Chriſti conſilium nobis datum: *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes,* Matt. 10.
quod exponit D. Thom. & probat humilitatem 16.
eſſe prudentiſſimam ex qua poſſumus intellige- Lib. 1
re, quòd Chriſtus nobis voluerit præſcribere Opuſc. de
mirabilem quandam methodum cum Deo per erudit.
orationem conuerſandi. Qui viribus eſt infe- princ.
rior, vincere nequaquam poteſt viribus ſuperiorem, ſi rei exitus à viribus dependeat; prudentiâ ergo & arte ſibi conſulat. An ſuperare quæris Deum, & quidquid deſiderat anima tua ab eo obtinere? rei exitum viribus meritorum & bonorum operum ne fidas, bene equidem prudentiæ ſerpentinæ. Sed quæ hæc? Serpens aſtutiſſimus vt in altum ſe erigat; & in aëra proſiliat, cum brachiis, & pedibus careat, vt vulpes, canis, catti, ſimiliter & alis vt aues; pectore ſibi eſt ſubſidio: terræ illud allidit, & planus ſerpit; & quo terræ fixius irrepit, tanto ſe- III.
curius proſilit in altum. An non mens tua ea eſt Serpens
vt oratio tua, vires habeat, & quidem tantas, prudentia
vt in cælum vſque ſurſum efferatur? Non du- pendens
bito: deprime pectus cognitionis tuæ, in infi- tur.
mum terræ, agnoſce miſerias tuas, proteſtare tepiditatem tuam, & quod ex te nihil habeas præter vilem terræ ceſpitem, tam cælo ſis indignus, velut lutum inter ſidera collocari. Quo autem hoc maiori conatu & ſynceritate peregeris quo te humilius depreſſeris, eo maiori fortitudine, tua aſſurget oratio. Addo magnum

num illum credentium patrem Abraham, qui quanto diligentius, & fortius intendebat in id quod per orationis ſuffragium deſiderabat, eo ſe magis deprimebat, & terræ quaſi aſſuebat
Gen. 18. 24. humilius, dicens: *Loquar ad Dominum meum, cum ſim puluis & cinis.* Et liquet eum mentiri non poſſe, qui ait: *Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit, & donec propinquet, non conſolabitur, & non diſcedet, donec altiſſimus aſpiciat.*
Eccl. 35. 21. Quam ſublimen edit ſaltum oratio repens humilitate? Nulla Aquila ſic volatum ſuum in aëra dirigit, nec Ardea, quæ ſic, nubibus proximet, eaſque alârum remigio penetret, nec ſiſtit, donec ad Dei ipſius cor acceſſerit: illudque ſuauiter apprehenderit: hoc enim ipſum eſt,
D. Amb. ſer. 51. Tom. 5. quo & in cælo & in terra humiles intuetur. O *fides Chriſtiana*, ait D. Ambroſ. *quæ in humilitate totum impetrare conſueuiſti.*

§. 14. *Dum ſe indignum, accuſat, fit Deo dignus: hunc imitantur, qui dignè ad Chriſti Domini accedunt Sacramentum.*

N. 35 HIc noſtro propoſito conſonam tractat D. Ambroſius difficultatem, quam congruenter proſequuntur. D. Chryſoſt. & D. Auguſt. Quis Centurionem tantis, quantis eum dignatus eſt Chriſtus, beneficiis reddidit bene merentem? Quis eum ad illa præparauit? Ipſimet ſeniores, Chriſto loquentes,
Domini. declarant: *Dignus eſt, vt hoc ei præſtes.* Ille è contra exclamat: *Non ſum dignus:* & alii dicunt: *Dignus eſt.* Quid hoc rei? *Ecce religioſus*
D. Ambr. ſerm. 81. Tom. 5. *Centurio ad accipiendam ſalutem fit dignior* (ait D. Amb.) *dum ſe profitetur indignum: & dum ædes ſuas iniurioſas putat, magis eas honorificas fa-*
D. Chryſ. Hom. 38. ad pop. T. 5. *cit & gratas. Quia dicebat non ſum dignus* (ait Diuus Chryſoſt.) *propterea dignus factus eſt, & admiratione ſuper omnes Iudæos habitus. Dicendo ſe*
D. Aug. ſer. 6. de verb. Domini T. 10. *indignum* (teſte D. Auguſt.) *præſtitit dignum, non in cujus parietes, ſed in cujus cor Chriſtus intraret.* Hanc rationem allêgant Sancti hi Doctores: nihil enim eſt, quod adeo hominem diuinis reddit beneficiis dignum, & capacem, cuius ipſe Deus domum ſubintret, quàm ex profunda humilitate ſe horum omnium indignum iudicare. Quocirca, vt Deus cor tuum ſubeat, & ſua in te effundat dona, neceſſe eſt prius, vt te ipſo te ipſum euacues, omnibuſque illis, quæ ex te habere cognoueris. Hoc opus eſt humilitatis, quà patefacis te nihil boni habere, quod tuum ſit, te indignum vel ipſâ aquâ, quam bibis, vel ipſo aëre, quo reſpiras, quanto magis indignum Deo, indignum diuinis eius beneficiis, indignum gratiis donisque cæleſtibus.

Hoc bene conſideres, (ait D. Chryſoſt.) hos ſolos à Deo dignos canoniſatos, qui ſeipſos, vt incapaces & indignos iudicabant. Vociferatur D. Paul. *Non ſum dignus vocari Apoſtolus.* E contra teſtatur Chriſtus: *Vas electionis eſt mihi iſte.* Clamat Paulus. *Non ſum dignus vocari Apoſtolus, propter hoc omnium primus factus eſt.* Eodem modo videre eſt, ait D. Chryſoſt. quomodo ſe ſubtrahat humilis ille Baptiſta. *Non ſum dignus, ſoluere corrigiam calceamenti eius.* Et ob hunc humilitatis actum, ait Chriſtus: non ſolum dignus eſt, qui manibus ſuis pedes meos tangat, quin etiam caput meum, & dignus qui ad latus meum ſedeat, vt mihi chariſſimus, & fidelis amicus. *Amicus ſponſi Ioannes dicens, non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamenti eius, ideo amicus fuit ſponſi, & manum, quam eſſe calceamentis dixit indignam, hanc ſuper caput ſuum, Chriſtus attraxit.* Exclamat D. Petrus: *Exi à me Domine: quia homo peccator ſum.* & Chriſtus reſpondet, quod ob hoc dignus ſit illi tam proximè accedere, vt eum conſtituat ſuum vicarium, & Eccleſiæ ſuæ fundamentum, ſic vt inter Chriſtum, & Petrum nullus ſit intermedius.
D. Chryſ. 1. Cor. 15. 9. Act. 6. 9. 15. Ioan. 1. 26. Luc. 5. 8.

Hoc ipſum licebit dicere de martyribus, qui mediis tormentis proteſtantur, his non obſtantibus, ſe Deo indignos, & ſuæ gratiæ, ſuæ gloriæ incapaces, cum D. Paulo: *Non ſunt condigna paſſiones*, &c. Et de illis, ait Spiritus Sanct. per os Salomonis (ita D. Cypriano interprete) *Deus tentauit illos, & inuenit eos dignos ſe* (ſeu) *dignos ſui.* Sicut ipſe legit. Poſtquam fuerint ſtrictim examinati, & tentati, & omnibus rite conſideratis, hoc Apoſtolo ſuo decretum de illis proprio ore ſtatuit: *Ambulabunt mecum in albis: quia digni ſunt.* Hinc infert D. Chryſoſt. poſt multa alia, quòd nihil agere poſſis Deo gratius, quàm candidè fateri te omnium maximum eſſe peccatorum. *Nihil Deo tam gratum, quàm cum extremis peccatoribus ſe ipſum commemorare: hoc eſt totius ſapientiæ principium.*
Rom. c. 8. Epiſt. 81. de exhort. ad martyr. & lib. 4. ad Quirin. & l. de laude martyr. 1. Qui ſe proteſtantur indignos à Deo digni habentur. Sap. 3. 5.

Aptiſſimè quadrat hic diſcurſus D. Hieron. vbi attendit ad ea quæ ſcribit D. Paul. Illis enim ſcribit quod in omnibus ſequatur Chriſtum, ſtudens paſſus eius imitari, pœnas, crucem; & in his (ait) ſe nondum ad finem peruenisse; quocirca non me reputo perfectum. *Non*
D. Chryſ. T. 5. Apoc. c. 3. 4. Ad Philip. c. 3. 12.

*quòd iam acceperim, aut perfectus ſim, ſequor autem, ſi quomodo comprehendam.* Sic ambulo, vt cui adhuc multum ſupereſt itineris: multa mihi deſunt ad perfectionem. Illico adiungit: *Quicumque ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus.* Reſolutoriè, nos, qui perfecti ſumus, hoc ſentiamus. Adeſt D. Hieronym. & ait. O Sancte Apoſtole, num forſitan oblitus eorum quæ modo dixiſti: *Non quod iam perfectus ſim?* Si hoc ita ſit, quomodo continuò te inter perfectiores annumeras, & ait: *Quicumque ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus.*

Cæleſtis planè hæc eſt Philoſophia, ait D. Hieron. quinimo ex hoc ipſo perfectus eſt, quòd ſe inter imperfectos annumerat: nec eſt quidquam quòd adeo hominem ſanctum perficiat, quàm ex ſubmiſſa humilitate ſe imperfectum accuſare, & nihil reddit conſummatum, & tam cito ad virtutis promouet apicem ſicut de ſe opinari, quòd nec primum quidem pedem fixerit in via perfectionis.

Hic multa nobis eſſent dicenda, verum ſufficiat, vt intelligamus, quàm ſe noſter Centurio prodat lucis æternæ radiis illuſtratum, & clarè credat Chriſtum, Deum eſſe, & ad obtinendum ab eo diuina ſua dona, optimum eſſe *Hom. 5. in diuerſis.* medium, ſe illis indignum iudicare: hoc enim ipſo, dignum ſe reddet. Aduerte (quæſo) quàm recto ordine procedat hic miles, vt (notatore Origene) ex ipſo tota didicerit Dei Eccleſia, tempore ſacræ Communionis: qualiter ſe quiſque debeat diſponere: ſubſidio ſibi ſumens hæc verba, & quaſi ex ore eius depromens: *Domine non ſum dignus*, &c. Conſuetudo eſt hæc tam antiqua, vt tempore Origenis, eis fideles verbis vterentur iam à mille quadringentis annis: propoſuit tamen Origenes ſatis acutum dubium. Tu, qui ad ſacram Synaxim accedis, quid dicis? *Domine non ſum dignus*: Caue ergo tibi; ſi te indignum agnoſcas, & vt talem proprio te ore indicas: quomodo tam audax ad diuinum hunc panem accedis? An Apoſtoli vocem ignoras: *Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit?* Ipſe pro te reſpondet, qui mouit quæſtionem, & ait: quinimo optimè facis, nec vlla reprehenſione dignus, qui tali confeſſione humilis accedis: *Domine non ſum dignus.* Nihil enim tibi magis proderit, vt reddaris dignus, quàm te agnoſcere, ex parte tua omnino indignum: & quo ſubmiſſiorem tui habueris ipſe cognitionem. Hoc ſuppoſito, quòd conſcientia non remordeat alicuius mortiferi peccati eo eris dignior, & maiori ſpiritu poteris feruens accedere. O adamas fulgidiſſime, Magiſter doctiſſime, quàm clarè nobis lux illa pateſcit, quæ mentem tuam illuminat, quæ dare lucem ſufficiens toti ſit Eccleſiæ.

II. Optima præparatio ad Communionem: *Domine, non ſum dignus,* &c.

*1. Cor. 11. 29.*

### §. 15. *Opera bona ſubſidio veniunt Centurioni tempore neceſſitatis; mala verò tibi erunt obſtacula, vt videre licet in myſterio Chriſti.*

ALiud præterea tibi penſandum offertur, in eo quod Sacerdotes aiunt: Domine, dignus eſt ille Centurio tali beneficio: *Diligit enim gentem noſtram, & Synagogam ipſe ædificauit nobis.* *Luc. 7. 4.* Quando ipſe ſe tali beneficio proclamat indignum, quod deſiderabat, ecce prodeunt Sacerdotes, repræſentantes bona opera ab eo facta, quæ eum dignum efficiant: *Dignus eſt*, &c. O quantum proſunt opera præmiſſa in Dei honorem: vt dum in conſpectu Dei in die neceſſitatis veſtræ offeruntur, vobis id quod petitis, ipſe largiatur. Myſterio non vacant verba illa, paulò ante citata ex Iob, quando factus cumulus dolorum, vulnerum & lepræ ſedens in ſterquilinio, à Deo poſcit auxilium. *Iob 33. 23.* Declarat ei Eliu eius amicus, quis iure ſperare poſſit à Deo & recipere ſanitatem dum infirmatur: ſubſidium, quando paupertate premitur: ſolatium dum tribulationem patitur. Quis obſecro, erit ille? Ille erit, qui talia in Dei obſequio fecerit opera, vt dum ad eum ex ſtrato, vbi decumbit infirmus, aut de carcere, vbi iacet concluſus, aut ex labore, quo anguſtiatur, recurrit, poſſit Angelorum quiſpiam Deo talia offerre obſequia, & dicere, Domine, iuſtum eſt, vt hoc ei præſtes beneficium: laborauit enim ad tui nominis gloriam, in hoc, & in altero: ſic erit, vt id quod prætendit, ſit obtenturus. *Si pro eo Angelus loquens vnum de ſimilibus, & annuntiet hominis æquitatem, miſerebitur ei, & dicet: Libera eum, vt non deſcendat in corruptionem, inueni in quo propitier ei.* Ita legit D. Gregor. licet parum differenter ab eo; quod in vulgato legimus. *Lib. 24. Moral.* q. d. O Felix ille, qui bona exercuit opera in Dei obſequio, occurrendo pauperibus, defendendo pupillos, infirmis miniſtrando, viduas propugnando, redimendo captiuos, vt quoties in anguſtiis ad Deum recurrat, accurrat pariter illuc Angelus Cuſtos, aut alius quidam Diuinæ Maieſtati offerens ea dicat: Domine petenti tua largire dona: *Dignus eſt, vt hoc ei praſtes.* Ad hoc autem repræſentabit

*vnum de ſimilibus*, opus aliquod factum propter
Deum, & ſimile ei, quod poſtulat. Domine, con-
cede illi ſanitatem; propter te enim pauperi ſer-
uiuit infirmo. Indue eum tua gratia, ob cuius
gratiam nudos cooperuit: miſericordes oculos
tuos ad eum conuerte, ſuos enim conuertit, vt
tua ſequeretur veſtigia.

Vt verò clarius hoc intelligamus, hoc tibi
perſuadeas, quotquot agis opera, continuò ve-
nire hæc in conſpectu Dei, bona, ſiue mala, &
hæc omnia oculis Dei ſunt præſentia. Ieiu-
nium, quo te caſtigas, eleemoſynam, quam di-
ſtribuis: pallium, quo ſuccurris viduæ: greſſus,
quos figis eundo ad hoſpitalia: remiſſio iniu-
riarum tibi factarum: vigiliæ in orationibus:
diſciplinæ ob veſtra peccata, hæc ibi cuncta re-
ſeruantur: ob hoc enim ait D. Paulus. *Scio cui*
2. Tim. 1. 12. *credidi: & certus ſum, quia potens eſt depoſitum*
*meum ſeruare.* Similiter etiam peccata quæ com-
miſiſti, in conſpectu Dei ſunt depoſita. *Aſcendit*
Ionæ 1. 2. *malitia eorum coram me*, ait Deus de Niniuitis,
& idem proteſtatur Dauid: *Poſuiſti iniquitates*
Pſal. 89. 8. *noſtras in conſpectu tuo.* Quando calamitate co-
arctaris, & ſupplicans remedium ad Deum re-
curris, ſtatim proſiliunt peccata tua, quæ con-
clament: Nequaquam: *Domine non eſt dignus,*
*vt hoc ei præſtes.* Non enim iuſtum eſt, de eo
curam gerere, qui tui vixit ſemper incurius:
valetudinem non meretur, qui cum ea hoc & il-
II. lud peccatum commiſit. Bona temporalia nec
Iere. 14. 7. meretur, qui propter ea deſpexit æterna, benefi-
Peccata cium non meretur, qui pauperes & grauauit, &
nobis co- eſt dedignatus. Hoc inſinuat Ieremias, quando
ram Deo dicit peccata noſtra nobis coram Deo reſpon-
aſſiſtunt. dere: *Iniquitates noſtræ reſpondent nobis.* Sed
Septuaginta diuino quodam ſenſu legunt *Reſiſte-*
*runt nobis* Domine petentibus, & clamantibus
nobis ad miſericordiæ tuæ ianuam illic nobis
peccata noſtra reſpondent: *Non eſt dignus, vt*
*hoc ei præſtes*: petitionibus noſtris reſiſtunt, il-
liſque ſe conſtanter opponunt.

☞ 38 Hinc clarè deducitur altiſſimum myſterium
D. Aug. orationis Chriſti, quam exponit D. Auguſt. &
Epiſt. 120. bene ad rem noſtram, dum expendit verba illa
ad Honoratum c. quæ Chriſtus locutus eſt per os Dauid, qui ad
litteram de eius paſſione præloquitur, *Deus, Deus*
6 Tom. 2. *meus reſpice in me, longe à ſalute mea verba de-*
Pſal. 21. 1. *lictorum meorum*, Suppone, ait D. Auguſtinus,
Chriſtum de ſe in propria perſona non loqui:
hæc enim nullum habuit peccatum, ſed quod
agat de corpore ſuo myſtico, quod ſumus nos,
cuius ipſe in ſe peccata receperat, & illa ſibi im-
poſuerat ad ſatisfactionem eorumdem, quaſi ſua
fuiſſent propria. Quis neſciat Chriſtum Eccle-
ſiæ ſponſum, & ſecundum illud, vnam eſſe rem 1. Cor. 6.
cum ea, eo modo quo dixit D. Paul. dum agit 16.
de eo myſterio, & ipſe Chriſtus intulit: *Igitur* Epheſ. 5. 3.
*iam non ſunt duo, ſed vna caro Si ambo vna caro,* Matth.
*profectò competenter etiam vox vna.* Erat igitur 19. 6.
Chriſtus in horto mortis doloribus oppreſſus.
*Tranſeat à me calix iſte.* Nec ei Pater reſpondet,
& ita eum dimiſit, vt dicat: *Deus, Deus meus,* Matth.
*reſpice in me quare me dereliquiſti?* Verumtamen 26. 35.
ipſe ſibi reſpondet: *Longè à ſalute mea verba de-*
*lictorum meorum.* O Domine non miror, mihi
non concedi à te petitionem meam: audio enim
peccata mea, (id eſt, ea quæ cum eſſent corporis
mei myſtici, mea feci, vt pro eis ſoluerem) con-
clamantia, & reſiſtentia remedio & ſaluti quam
peto. Domine, nequaquam conuenit, nec decet
eum exaudiri, & qui tanta habet, pro quibus ſa-
tisfaciat peccata, iuſtum eſt, vt derelinquatur,
vt duriſſimas pœnas perferat, & mortis patia-
tur pro illis anguſtias, vt nec minimum quidem
ſolamen accipiat, nec ſalus ei concedatur, pro
qua ſupplicat: ſicut etiam reipſa toto paſſionis
ſuæ decurſu fuit derelictus, vt in eiuſdem ex-
tremo licuerit verba illa repetere: *Deus meus,* Matth.
*Deus meus vt quid me dereliquiſti?* Si hoc ita fa- 27. 46.
ctum in Chriſto, cuius orationi ſe aliena pec-
cata oppoſuerunt, quæ ſibi aſſumpſerat, quid
tibi futurum cogitas, cui ſunt propria? quoties
rogas: Domine, ſuccurre neceſſitati meæ, &
coram Deo reſpondet iniuria facta pauperi: Do-
mine, non meretur hâc liberari: qui ad eam re-
duxit indigentem. Petis Domine; reſtitue mihi
honorem: reſpondet illic veſtra malitia, quâ
puellam decepiſti & inhonoraſti: honorem non
meretur, qui eum abſtulit alteri: ſupplicas: Do-
mine, memento mei; illic prodit veſtra cupidi-
tas, quæ ait: Domine, non eſt dignus, qui pro-
pter bona temporalia & caduca, negligens, &
immemor tui ſemper vixit.

Ita contigit perfido Regi Antiocho, qui totâ III.
vitâ ſuâ peccator vixerat, cum iam infirmus & Probatur
intolerabili doloris ſenſu morti proximus affli- in rege
ctaretur: orare cœpit mille promiſſis emenda- Antio-
tionis, votis obſequij Deo, & templo ſuo præ- cho.
ſtandi: vt tales ſæpè ſolent. Hunc Spiritus S.
intuetur, & de eo nobis dicit: Viden' illum? Et
certum eſt & ſtatutum à Deo, non exaudien-
dum, ſed derelinquendum, morietur conſumptus
à vermibus. *Orabat hic ſceleſtus Dominum, à quo* 2. Machab.
*non eſſet miſericordiam conſecuturus.* Cur ita Do- 9. 13.
mine? grauiſſima eius ſcelera reſiſtunt, & cun-
ctis eius petitionibus reſpondent: non eſt eius

beneficij dignus, pro quo ſupplicat & ingemi-
ſcit ſed illas patiatur pœnas, quas tanta meren-
2. Mach. tur crimina. *Et quidem ſatis dignè, vtpote qui*
9.6. *multorum viſcera torſerat.*
IV. Hoc ipſum eſt, quod Dominus impio Caino
Et in ait iam fratris ſui Abel necem machinanti. Vide
Cain. quid agas ô Cain: quòd ſi peccaueris, hoc pec-
catum ſtatim contra te in iudicio conſurget, &
Gen. 4. 7. cunctis tuis obſecrationibus aduerſabitur: *Si*
*malè egeris, ſtatim in foribus peccatum aderit.*
Sumpſit metaphoram ex eo quod contingit in
tribunalibus, habes illic procuratorem tuum, vt
quotieſcumque pars tua aliquid in ſui fauorem
poſtulauerit, ei ſe coram iudice fortiter oppo-
nat: Nequaquam, Domine: Non ei hoc, quod
petit, concedatur, contra eum enim hoc aut illud
opponitur. Ex oppoſito opera bona quæ agis,
apparent coram Deo, & dum afflictus oras, re-
medium depoſcens, ſtatim prodeunt illa, pro
vobis intercedendo, & in tui fauorem illa per
Angelos diuino conſpectui repræſentantur, di-
centes: *Domine dignus eſt, vt hoc illi præſtes: di-*
*ligit enim*, &c. Ita res ſe habuit in illa vidua
Tabitha, ad quam iam mortuam euocatur D.
Petrus, quem circumſtantes pro eius vita ſup-
a Act. 9. plicarunt: a *Oſtendentes ei tunicas, & veſtes quas*
39. *faciebat illis Dorcas.* Ait enim Tobias: b *Fiducia*
b Tob. 4. *magna eſt eleemoſyna facientibus eam, ipſa pro te*
12. *exorabit.* Illa ipſa pro te loquetur, & ipſimet
Eccli. 29. Angeli illam offerentes intercedent: eo modo,
15. quo S. Archangelus Raphael opera Tobiæ bona
Deo obtulit: cum enim plurima vir ille piiſſi-
mus opera bona proximo præſtitiſſet: iam af-
flictus, cœcus, & graui oppreſſus calamitate
Deum in ſui ſubſidium deprecatur, & ecce Ra-
phael Archangelus ea Deo obtulit, & quaſi di-
ceret: *Dignus eſt, vt hoc ei præſtes*: Hoc enim
inſinuabat, dum diceret Tobiæ: *Quando ora-*
Tob. 12. *bas cum lachrymis, &c. ego obtuli orationem tuam*
12. *Domino.*

### §. 16. *Credidit Centurio Chriſtum operari quælibet poſſe, ſolo ſuo verbo, vt Deus, cui hoc eſt proprium.*

☞ 39 SEd *tantum dic verbo, & ſanabitur puer meus.*
En tibi alium clariſſimæ lucis radium, quem
fulgidiſſimum illud ſpeculum à ſe emittit,
quo demonſtrat lucem illam, quæ ei per Chri-
ſtum illuxit: hoc enim verbo, Chriſti profite-
In Pſ. 45. tur diuinam omnipotentiam. Aduertit D. Chry-
ſoſtom. phraſim, quâ Sacra Scriptura nobis ſo-
let exponere Dei omnipotentiam, ſcilicet, quòd
ſolo ſuo verbo poſſit quælibet operari, & illo
ſolo omnia, quæ ſunt creauerit, & hoc quidem,
non quòd Deo neceſſe ſit vti verbo, nec quòd
ore vel linguâ verba proferat: non enim os ha-
bet aut linguam: Sed quia nos res diuinas no- I.
ſtro loquendi modo declaramus, & in illis, te- Deus
minus magis proprius, quo declaramus & ex- omnia
primere conamur agendi facilitatem; hic eſt, ſolo ver-
vt dicamus: ſolo hoc ipſe ſuo verbo & dicendo bo creat.
operatur: quia hoc eſt hominibus omnium fa-
cillimum. Ita Spiritus S. vt nobis exponat in
mundi creatione Dei omnipotentiam, illo ter-
mino vtitur. Nimirum quòd omnia ſolo ſuo
verbo creauerit de nihilo: *Dixit Deus: fiat lux.* Gen. 1. 3.
*fiat firmamentum, &c. fiant luminaria, &c.* Eo-
dem termino communiter etiam vtitur Dauid:
a *Verbo Domini cœli firmati ſunt.* b *Ipſe dixit &* a Pſ. 32. 6.
*facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt.* Subtilius b Pſ. 148.
adhuc rem perpendit D. Chryſoſtom. c dum ait: 5.
quòd ſi Deus omnipotentiam ſuam declaret in c L. 2. de
creaturis, illas tam pulchras, gratas, perfectaſ- incompre-
que creans, nihilominus vel maximè illam ma- henſibili
nifeſtat, in modo illas creandi, quòd vno eo- Dei na-
demque modo cunctas condiderit. Et vt benè turæ.
dicit D. Auguſt. Non eget Deus maiori appa- L. [illegible]
ratu, vt condat cælos, quàm vt producat nucem, c. 1. & 3.
nec limationibus, ſeu tenuioribus inſtrumentis
vt vnum creet Seraphin, quam vt vitam det vni
formicæ, ſeu vermiculo: modus enim illius o-
perandi eſt, vnum verbum; & proinde tam fa-
cilè illud profertur in ordine ad ſupremum,
quàm ad infimum, & tam eſt facilè dicere: Fiat
Angelus, ac fiat formica: Fiat cælum cum ſuis
luminaribus, ac fiat campus cum ſuis herbis.
Nec omnino erraueris (vt notat D. Auguſt.) a Eccli.
Si dixeris Spiritum S. hoc indicaſſe, quando ex 18. 1.
profeſſo declarans Dei omnipotentiam, quæ b Lib. de
nullius indigeat operâ, ſic ait: a *Qui viuit in* Gen. ad
*æternum, creauit omnia ſimul.* Hinc deducit D. lit. c. 33.
Auguſtin. b opinionem quandam, quæ habet, & L. 11.
quòd Deus vnico actu, & ſimul cuncta crea- de ciuit.
uerit: de qua ſapienter diſputat Diuus Tho- Dei ſ.
mas. c c 1. p. q.
Verumtamen, hoc non adeo videtur à textu 74. art. 2.
diſcrepare, & ita etiam notat D. Auguſt. vt per L. ſoliloq.
illud (*ſimul*) intelligamus *ſimiliter*, quaſi dice- c. 1. & 9.
ret: *creauit omnia ſimiliter*; Omnia non vno ent.
modo agit artifex, nec iiſdem inſtrumentis:
diſſecat lignum & illud elaborat ferro, & non
oleo, calefacit igne, non gelu, & educere non
poteſt cerasa de pomis, nec de vlmis pyra: non
poteſt iiſdem vtenſilibus omnia facere opera:

non enim ex quatuor lapidibus extruet palatium, & his ex quibus portas conficit, limina non ſternet; Deus vero omnia producit *ſimiliter*: Seraphinum vno verbo, muſcam vno verbo, vno verbo cælos, terram vno verbo: nec maioribus ei opus eſt, machinamentis, vt mundum condat vniuerſum, quàm vt producat teſtudinem.

1. Solilo. cap. 9. Audiamus D. Auguſt. *Omnipotens manus tua, ſemper vna & eadem, creauit in cælo Angelos, & in terra vermiculos, non ſuperior in illis, non inferior in iſtis. Sicut enim nulla alia manus Angelum, ita nulla poſſet creare vermiculum: Sicut nulla cælum, ita nulla poſſet creare arboris folium, ſed omnipotens manus tua, cui omnia pari modo ſunt poſſibilia. Nec enim poſſibilius eſt ei creare vermiculum quàm Angelum, nec impoſſibilius extendere cælum, quàm folium, nec difficilius fundare terram ſuper aquas, quàm aquas ſuper terram, ſed omnia quæcumque voluit fecit, ſicut voluit*: Inſuper & hinc capimus, cur Moyſes petente populo illi incredulo aquam, Deus volens oculis teſtibus opus agere aliquod, quòd illis ſecuriſſimè diuinam ſuam eſſentiam declararet, præcipit Moyſi, vt præſente toto populo ipſe & Aaron frater eius accederent ad petram, & illam ſuo nomine vnico verbo alloquerentur: quòd
Num. 20. 10. illud ſolum ſufficeret: *Loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas* q. d. videant, quod ſum Deus, & nec opus eſſe ligonibus, nec malleis, nec motibus manuum aut pedum, nec alia quàuis re, quàm vnius verbi prolatione: hic enim modus eſt operandi Deo proprius. Hic præterea fuit ille defectus amborum illuſtrium virorum, quòd illis res parua nimis videbatur ad tam eminentem effectum ſimplex verbulum, ac proinde voluerunt illud ſuis manibus comitari, ceu corroborare, percutiendo petram; hinc Dei ira efferbuit: *Quia non glorificaſtis me, &c.* Non excepiſtis me, vt Deum, nec coram populo eum honorem tribuiſtis mihi iure debitum, quod ſolo verbo valeam operari: ita vt ille ſit modus Deo proprius operandi, quo glorificatur, & eius vera diuinitas comprobatur.

☞ 40
Hebr. 1. 3. Hinc probat D. Paul. Chriſtum eſſe verum Deum, & habere diuinam omnipotentiam: quia quæcumque voluit, ſolo ſuo verbo potuit: *Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portans omnia verbo virtutis ſuæ.* Nota verba vltima: *Portans omnia verbo virtutis ſuæ*: Exponere voluit quâ facilitate Deus operetur: eo quòd nihil tibi, ſit facilius quàm proferre vnicum verbum. Expendit D. Auguſt. *Pro nihilo ſaluos facies illos*: Quibus declaratur quàm facilè Deus hominem in corpore & anima ſaluet. In illud Pſ. 55. 8. T. 8. „*Pro nihilo ſaluos facies illos, id eſt, ſic illos ſaluos facies, vt nihil tibi ſit, id eſt, nullus labor tibi ſit. Hominibus deſperati ſunt, ſed tu verbo curas, non laborabis in curando, quamuis nos ſtupeamus in inſpiciendo.*" Vt oſtendat facilitatem in creatione mundi, ait: Iſa. 40. 22. *Qui extendit velut nihilum cælos.* Et hoc ſignificat Centurio his verbis: *Tantum dic verbo.* Portat omnia verbo ſuo, ceu operatur omnia verbo ſuo omnipotenti. Verbum tuum, & meum paruam habent efficaciam, & inter illa & opus magnum eſt interſtitium.

Et hoc ipſum indicauit Rex Dauid (vt aduertit Caietan.) quando quædam verba protulerat, quibus indicauerat, ſe paratum certamen contra Goliath inire ſingulare, & ſuſcipere gigantis prouocationem, & ob hoc à fratre ſeniore tanquam præſumptuoſus increparetur, ei namq; reſpondit. *Quid feci? numquid non verbum eſt?* 1. Reg. 17. 29.
Num forſan aliquid patraui? vſque modo an- præter vnum verbum, amplius quid feci? Res verbo non perficitur. Verbum autem Chriſti tam potens eſt, vt ei ſoli omnia innitantur, ſufficientes habet vires, vt illo ſolo omnia ſuſtineat, omnibus det eſſe, vt aliis non ſit opus fulcimentis. Verbo ſuo vitam producit, cum Lazaro illam ſolo verbo dederit: ſalutem creat, cum illam triginta annorum paralytico ſolo ſuo verbo reddiderit: munditiam profert: cum illam in leproſo ſolo ſuo verbo ſignarit. Remiſſionem dat peccatorum: dicendo tantùm: Luc. 7. 48. *Remittuntur tibi peccata*, remiſſa ſunt Magdalenæ, & ei tam facilè eſt dare vitam mortuo, ſicut infirmo ſalutem, cæco viſum, & ſurdo auditum. Hoc ſignificat: *portans omnia verbo virtutis ſuæ*: Et hoc intellexit noſter Centurio: de quo ſic D. Petrus Chryſologus. D. Pet. Chrys. Serm. 15. *Iſte credidit in verbo omnes manere virtutes, verbum tuum Domine, ſanitas eſt, verbum tuum vita eſt, verbum tuum vbi acceſſeris, inde confeſtim fugit dolor, infirmitas mox recedit.*

§. 17. Ex

*§. 17. Ex eo, quòd ait Centurio, confunditur Iuliani Apoſtatæ blaſphemia; pariter S. Ioannes Euangeliſta verus B. Virginis filius eſſe declaratur.*

41 *In cap. 9. Matth.* HInc D. Hieronym. deducit reſponſionem blaſphemiæ (meliùs dixero) inſaniæ Imperatoris Iuliani Apoſtatæ, qui vt inſipiens ridet ea, quæ SS. Euangeliſtæ dixerunt, quòd ad vnam Chriſti vocem duo hi fratres Petrus & Andreas, relictis retibus, & nauibus, ex quibus omnis victus eorum ratio pendebat, ſecuti ſunt Redemptorem. Item & alij duo germani Ioannes & Iacobus. Adde & D. Matthæum, qui ſedens ad telonium, & cambiorum menſam relictis Marſupiis; & cæteris omnibus Chriſtum ſecutus eſt ad vnum vocantis verbum: *Matth. 9. 9.* *Sequere me.* Qui fieri potuit? Obiicit hic Apoſtata. An tam facilè cuilibet eſt, omnia relinquere & quos ante oculos habebat ſaccos pecuniis refertos? Et hæc illi agant ad vocem hominis cuiuſdam pauperis, & incogniti? Aut id quòd dicunt, mendacium eſt: aut ipſi de nimia leuitate meritò reprehenduntur. O virorum ſtultiſſime, quàm parum nota tibi eſt vocis diuinæ potentia. Hoc ſcito, illam ſolam ſufficere ad operandum, & agendum quidlibet in cælis, terra, mari, aëre, & cordibus hominum: Dauid *Pſal. 28. 4.* enim iam ante dixerat: *Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia. Vox Domini confringentis cedros.* Et qui vnico ſuo verbo de ſepulchris ſuſcitare potuit mortuos, & alium quatriduanum in monumento iam fœtidum, non poſſet educere Matthæum Publicanum de telonio, & Petrum ac Andream de mari? præter te dubitat nemo.

Ex hoc fundamento eliciam declarationem cuiuſdam difficultatis in honorem S. Ioannis Euangeliſtæ, quem Chriſtus iam morti proximus, ad talem voluit euehere gloriæ gradum; vt Virginis puriſſimæ, cælorum Reginæ eſſet filius, & ipſa eius mater. Non malè quadrat huic *Ho. 22 in Imperf.* hiſtoriæ noſtræ, in qua ponderat D. Chryſoſtomus quàm debuerit fidelis fuiſſe hic ſeruus Centurioni, cum eum Dominus eius tanti fecerit, *Luc. 7. 2.* vt dicat D. Lucas: *Erat illi pretioſus.* Et tam ſedulâ diligentiâ eius ſalutem procurauerit. Dum Spiritus S. expendit, quanti momenti ſit ſuo Principi ſeruus fidelis, dicit, nihil ei poſſe dignum conferri, & conſilium dat, quòd ex eo quod talis ſit, non ſemel repetit. *Si eſt tibi ſeruus fidelis, ſit tibi quaſi coæqualis, & ſit tibi dilectus, quaſi anima tua, non inopem eum relinquas,* *Eccli. 7. 23. 33. 34.* *ſed quaſi fratrem in omnibus tracta.* Eſtne tibi ſeruus fidelis? Noueris rem eſſe magnam, & plus æquo eſſe eum tractes quaſi tibi coæqualem, & vt vitam tuam illum diligas: & dum hinc morte diſceſſeris, non inopem eum relinquas: teſtamentum ei condè opulentum, & te eum magni facere, pateſiat, quaſi tibi germanus exſtitiſſet frater. Hoc optimo modo Chriſtus adimpleuit in S. Ioanne: fuit hic illi ſeruus fideliſſimus, eum nec quidem cruci affixum & morientem deſeruit, quando cæteri omnes terga verterunt, ipſe verò tum temporis ſecurus, conſtans permanſit & immobilis, vt ne quidem ad temporis punctum eum hoſtes Chriſti potuerint auellere. *Vidit diſcipulum ſtantem.* Tantam in eo Chriſtus aduertens fidelitatem, tanto *Ioan. 19. 26.* eum amore proſecutus eſt, vt ſe nomine dilecti potuerit honorare. *Hic eſt diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus.* *Ioan. 21. 20.* Et in fine, ac mortis horâ extremâ ei delegat ditiſſimum teſtamentum quale inter omnes creaturas melius nullus habet, imò nec tam bonum, & quidem tale, vt, ei hoc conſcribens, eum aliquo modo tractet, vt ſibi æqualem, & proprium fratrem. *Quaſi fratrem in omnibus eum tracta, & ſit tibi quaſi coæqualis.* Legatum hoc eſt puriſſima virgo Maria, & ei modo tali datur, vt cum eo, & per illud Ioannem faciat ſuum fratrem: cum ei hoc præſtet, vt ſit propriæ ſuæ matris filius: dum matri ait: *Ioan. 19. 26.* *Ecce filius tuus.* Hic oritur difficultas. Dic quæſo, quâ ratione ſanctiſſima Virgo Mater eſt Ioannis? quâ ratione, ipſe Filius eius eſt? An forſan tantum verbotenus, quemadmodum in Ægypto Rex Pharao Ioſeph fratrem ſuum cognominauit? An ſit, quia ſic eum dicit, vt Dauid ait & alias declarauimus: *Numquid non verbum eſt?* *1. Reg. 17. 29.* An verò ſic ſit in rei veritate, & vt realiter & ſubſtantialiter Virgo immaculata mater ſit D. Ioannis, & ipſe verè Filius eius? Si D. Ioannes verè ſit Filius Mariæ, exurget relatio realis ad illam, vt ad matrem. Et ſicut docet Philoſophus, relatio filiationis & maternitatis fundatur in vera generatione.

Sic igitur interrogo? Num Virgo ſanctiſſima verè generauerit D. Ioannem? num illum concepit? num peperit? num hic natus ex illa? In quo ergo fundantur iſtæ relationes filiationis & maternitatis? Ex alia parte patet illum honorem, quo Ioannem Chriſtus exaltauit, ſolis in verbis non conſiſtere, vt ſolùm verbotenus ſit Ioannes filius Virginis, & ipſa eius mater. Cum

igitur Chriſtus hoc dixerit, verum erit, eſt enim
ipſe prima veritas, à quo longè eſt omne mendacium;
quâ ratione igitur hoc eſt factum. In
quo fundatur iſta filiatio? Reſpondeo, in ſuo diuino
verbo tam efficaci, vt illud ſolum ſufficiat,
vt in rei veritate ſit, quod ipſe dicit. Ipſe nobis
Chriſtus præcepit, vt Deum, Patrem noſtrum
Matt.6.9. nominemus, dicamuſque: *Pater noſter.* Et illum,
vt primogenitum fratrem noſtrum habeamus.
Rom.8.29. *Primogenitus in multis fratribus.* Quomodo
Deus Pater noſter eſt? Num quia nos creauit:
Eâdem ratione creauit & equum, & leonem,
& piſces, & omnia quæ eſſe habent. Num
igitur Pater eſt ſolo nomine? Minimè: ſed
Ioan.3.1. quòd ſic ſit in rei veritate: *Videte qualem charitatem
dedit nobis Pater, vt Filij Dei nominemur
& ſimus.* Non conſiſtit in ſolo verbo, eſſe Filium
Dei, ait D. Ioannes, ſed realiter & veriſſimè
tales ſumus per Dei gratiam. *Nominemur
& ſimus.* Quomodo ergo hoc fit? Per quam
generationem? Reſpondet Diuus Petrus quadam
1.Pet.1. altiſſimæ Theologiæ ſententia. *Renati non
23. ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili per Verbum
Dei.* Veriſſimè producti & nati ſumus ex
Adam, verumtamen eâdem ratione renati ex
Deo. *Renati.* Et quomodo? *Per verbum Dei.*
Attende hic principium, & ſemen huius generationis.
Ioan.3.7. Ait Chriſtus Nicodemo: *Oportet vos
naſci denuo. Quomodo poſſunt hæc fieri? Per Verbum
Dei.* Quod dicitur in Baptiſmo: Hoc eſt
Luc.8.11. illud ſemen de quo Chriſtus. *Semen eſt verbum
Dei.* Semen non corruptibile ſed incorruptibile.
Iſa.40.8. Dixerat enim iam ante Propheta, teſte D.
Petro: *Verbum Domini noſtri, manet in æternum.*

I. Verbum Dei efficaciſſimum eſt.

Eſt hoc verbum ſemen tam potens, vt in mundi
primordio, ſeminatum in nihil, produxerit cælos,
& ſeminatum in tenebris eduxerit lucem, &
ſeminatum in cælis genuerit ſydera, in terra
plantas, in aqua piſces & aues; quia: *Ipſe dixit
Pſ.148.5. & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt.* Et
poſtquam Deus factus homo, ſeminatum in lepra
educit munditiem, & in mortuo vitam, &
in iam fœtenti reſurrectionem, ſeminatum in
aqua, vinum, & in vino ſanguinem, & in pane
ſuum verum corpus. Ita etiam ſeminatum in
D. Virginis pectore, & in Ioanne filio Zebedæi
generauit in illa veram maternitatem, ex qua
realiter dicatur & ſit mater Ioannis, & in ipſo
myſterioſam filiationem, vt ſecundùm veritatem
dicatur Ioannes eſt filius Virginis, & hoc paulo
Hebr.1.3. ante diximus cum D. Paulo: *Portat omnia verbo
43 virtutis ſuæ.*

a Lib.4. de Sacr.c.4.

Huic rationi nixus D. Ambroſ. *a* & deinde
D. Cyrill. *b* aſſerunt venerabilis Sacramenti veritatem,
& iiſdem verbis vti poſſumus in hoc
myſterio. *Ergo ſermo Chriſti conficit hoc Sacramentum.
Quis ſermo Chriſti? Nempe is quo facta
ſunt omnia. Iuſſit Deus & factum eſt cælum;
Iuſſit Dominus, & facta eſt terra; Iuſſit Dominus,
& facta ſunt maria; Iuſſit Dominus, & omnis
creatura generata eſt. Vides quam operatorius ſit
ſermo Chriſti? Si tanta ergo vis eſt in ſermone Domini
Ieſu, vt inciperent eſſe quæ non erant, quantò
magis operatorius eſt, vt ſint quæ erant, & in aliud
commutentur?* Operatorium eſt verbum
Chriſti, eius dicere, agere eſt. Cum illo igitur
fecit, vt Ioannes eſſet Virginis filius & ipſa eius
mater, hinc per conſequens D. Ioannes factus eſt
particularis frater ipſius Chriſti. Nos verò eius
fratres ſumus in patre, & qui eſt ſolus eius pater
per naturam, noſter realiter per gratiam. Verum
ſolus D. Ioannes eſt etiam, ex matre ſingulari
quadam & admirabili filiatione, quâ diuino ſuo
verbo eum B. Virginis creauit filium, & ipſam,
eius matrem. Et ſi realiter illum ea conciperet ac
produceret, non maiori affectu illum amaret,
aut vt filium ſuum conſideraret, aut diligentiori
cura enutriret. Omnia hæc facta ſunt efficaci
ſuo verbo, operatorio eius quod dicit. En tibi
efficaciam verbi Chriſti, quam (teſte D. Petr. D.Pet.
Chryſol.) detexit noſter Centurio his verbis: Chrys.
*Tantùm dic verbo.* Ser.108.

b Catecheſi. myſtagog.4.

## §.18. *Virtutem Diuini verbi intellexit Centurio, vt alter Abraham. Optimè rem ſuam egit recuſando, & Zachæus admittendo: nos verò vtrumque imitemur.*

O Quis huius Centurionis fidem tam eminentem 44
non admiretur, interrogat D.
Petr. Chryſol. vt diuini verbi vim caperet,
cuius vna vox curandis quibuſlibet infirmitatibus
ſit ſufficiens, & reparare valeat damna,
& fugare aduerſa, & exterminare mortes.
Intellexit hic miles id, quod Dauid dixerat, licet
eum non legiſſet, hoc quod ipſi non capiebant,
qui eius Pſalmos ſemper habebant præ
manibus *Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos,* Pſal.106.
*& eripuit eos de interitionibus eorum.* Longo in- 20.
teruallo fidem præcurrit Iudæorum, qui cum
captiui & extorres in Babylonia detinerentur,
laſſati, & laboribus nimiis afflicti, nec vllas
perciperent ex parte Dei militum copias, vt eos
in priſtinam vendicarent libertatem & ex tam
perdura eriperent ſeruitute, de diuina deſperarunt,

I. Fides Centurionis commendatur.

runt, & diffidetunt potentia: dicentes, queri-
Ezech. 37. 11. bundi: *Periit ſpes noſtra, & abſciſſi ſumus*, &c. Et ob eandem rationem dum ita grauiter lamentatur Propheta Ezechiel, neceſſe fuit, Deus illi ſuam declararet omnipotentiam, quæ tanta erat, vt ſolo verbo dare poſſet vitam iis, qui eam iam perdiderant: Et ob hoc, fuit hæc proba campi mortuorum oſſibus ſiccis & aridis circumquaque conſperſi, quæ Deus digito notans à Pro-
Ezech 37. 3. pheta ſciſcitatur: *Putaſne viuent oſſa iſta?* Quid ego hoc ſciam Domine? dic ergo eis ex meo nomine verbum vnum. Domine num aliud mihi nihil agendum? Aliud nihil: volo enim, vt in hoc populus ille cernat, quàm mihi facilè ſit futurum illis vitam reddere, licet eam iam non perdiderint: cum vnico verbo his aridis oſſibus eam tribuam, quæ tantùm ab ea abſunt, & adeo eam perdiderunt.

II. Abrahamo comparatur.

Audeo dicere, quod retro ſe dimiſerit Moyſen & Aaron, dum dubitant ſi vnicum Dei verbum ſufficiat, vt petra fundat aquarum gurgites, vt præfati ſumus, & ad tantum gradum aſcenderit, vt latus cinxerit fidei Patri Abraham. *Recumbet cum Abraham.*

Aggreditur D. Paul. fidem Abrahæ extollere & eam ſuſſcitat eminentiſſimam in ſuperlatiuo gradu: quia *contra ſpem in ſpem credidit.* Quid
Rom. 4. 17. credidit? quod *Deus viuificat mortuos, & vocat ea, quæ non ſunt, tanquam ea, quæ ſunt* Prædixerat ei Deus quòd ex Iſaac ſuſciperet numeroſam populorum progeniem, & his non obſtantibus, feſtinat eum capite plectere, & Deo offerre holocauſtum. Si ergo eum occideris, quomodo filios generabit? Hæc fuit eius fides præclariſſima, quâ credidit, quòd Deus, qui ei filium hunc inexſpectato dediſſet partu, occiſum poſſet reſuſcitare, & tantam eſſe Dei potentiam, quòd eâ facilitate, quâ vocat & obediunt ea, quæ ſunt, eâdem obediant & ea, quæ non ſunt. Magna hęc fides Abraham, verum merito Chriſtus eius lateri aſſociat hunc Centurionem: qui *contra ſpem in ſpem credidit.* Infirmitas illa grauis & deſperata ſerui ſui paralyſis, aufert ei omnem ſpem ſalutis, ita vt eum iam videat exſpirantem. Verumtamen Chriſti potentia ſpem certam ingerit: eo quòd ſciat Chriſto tam facile eſſe dare mortuo vitam, ac viuo: quia omnia ſuo verbo conficit, & illud ſit ſufficiens ad quælibet operandum; proinde ſic ait: *Tantum dic verbo.* O maximè Domine, vt Deum verum te veneror. Mea hæc fides non eſt, ad aquas ſalutis dandas ſeruo meo, eſſe neceſſarium, quòd percutias petram corporis eius, hoc enim agunt medici, potionibus amaris, venarum apertione, purgationibus, ſyrupis, cauteriis; & hoc quædam videtur petræ percuſſio, vt fecerunt Moyſes & Aaron: Satis eſt vnicum oris tui verbum. Hæc ea Petri fides fuit (ait D. Petr. Chryſol.) quâ Chriſti Di- Serm. 15.
uinitatem profeſſus eſt, dum ait: *Præceptor per* Luc. 5.
*totam noctem laborantes nihil cepimus; in verbo autem tuo laxabo rete.* Nihil præter vnicum Domine, tuum verbum requiro, quod, ſicut eſt diuinum, ſufficit.

Hæc Centurionis fides Sanctos ſolatur, credere, nimirum nobis tam potentem adeſſe Deum, qui ſolo verbo poſſit illis ſuccurrere, etiam in deploratiſſimis neceſſitatibus ac periculis. Accurre, ô Chriſtiane, quando his premeris, & Chriſto dicito. O Domine *tantum dic verbo.* Noui quod vnico me vales liberare verbo: Non ſic obdurauerunt pietatis tuæ viſcera, vt diuitis Epulonis, quem iure merito æternis condemnaſti incendiis, qui Lazaro cum poſſet auxiliari eo, quod ei minimo valebat, micis, inquam, quæ cadebant de menſa eius, & noluit, & dare mendico tantillum, eum angebat. (Ita D. Bern.) Minus quid D. Bern.
eſt, ô Domine, vnum verbum, non te pigeat Serm. ...
mihi dicere vel vnicum verbum: quod tibi caro ... ſtetit in mei redemptionem & ſalutem, libentiſſimè dediſti: carnem aſſumpſiſti humanam, natus es frigore contremiſcens, reclinatus in duro præſepio, ieiunaſti, vigilaſti, pertuliſti pro me virgis cædi, ſpinis coronari, clauis configi, mortem ſubire. Eum qui tanta opere expleuit, non tædebit in mei ſalutem vnicum proferre verbum. *Dic verbo.* Hæc erat Dauidis oratio: *Dic animæ meæ: Salus tua ego ſum* Hoc mihi ſuffi- Pſal. 34.
ci, qui verbi tui agnoſco potentiam. *Tantum dic verbo.*

Prodit D. Auguſt. admiratus Centurionem, 4 D.
qui quò clariùs Chriſti perſonam cognoſcit, eo Epiſt. ...
magis videtur, debuiſſe optare Chriſtum videre ad ...
in ædibus ſuis Quid hoc rei, dicit Chriſtus ego ...
veniam ad ædes tuas, ille verò ſe excuſat, & ſolum Chriſti verbum ſufficere profitetur; E contra videmus Zacchæum, qui vt aduertit, Chriſtum velle in domum ſuam declinare non tantum non excuſauit, ſed beneficium acceptauit, & ſummo
illum gaudio recepit. *Excepit illum gaudens.* An Luc 19. 6.
melior Centurione Zacchæus? ſi ob id laudem meretur Zacchæus, quòd Chriſtum gaudens in domum ſuam receperit, quo iure Centurionem extollimus, qui Chriſtum recta in domum ſuam tendentem, remoratus eſt, & tali beneficio indignum ſe proclamat. Hac occaſione diſputat D. Auguſt. Quis ſecurior, num ille, qui ſuam in-

dignitatem

dignitatem cognoſcens cum Centurione, ſe ſubtrahit, ne pectore ſuo Chriſtum recipiat per ſacram Communionem; aut ille, qui cum Zacchæo gaudio magno valde, & feruentiori deſiderio accedit Chriſtum in domum ſuam ſuſcepturus? Notate (ait) Ambo hi & Centurio & Zacchæus optimè fecerunt, & in eo quod egerunt laudem merentur, & ita ambos Chriſtus laudauit, & ambo magna conſecuti ſunt beneficia diuinæ gratiæ & miſericordiæ, & ambo Chriſtum honorarunt: *Ambo Saluatorem honorificantes, diuerſo & quaſi contrario modo, ambo peccatis miſeri miſericordiam ſunt conſecuti.* Et licet contrarij opere & effectu videantur, affectu tamen, & fidem Chriſtum, ſibi ſimiles extiterunt. Vnus Chriſti conſiderabat dignitatem: vtpote veri Dei, ex qua ſuam eliciebat indignitatem, ne illum in domum ſuam reciperet, ob quam ſe ſubtrahebat, tantæ maieſtati humiliter cedens, ſe indignum eius receptione proteſtatus; Alter verò ſuam expendit neceſſitatem, etiam Chriſtum honorificans, profeſſus eum eſſe ſolum qui domum veriſſimis ditare poſſit bonis, ex quo deſiderium eum recipiendi naſcebatur.

III. Cur Zaccheus Dominũ ad miſerit in domũ, Centurio vero receſſerit. Procedunt hic duo affectus, ex duabus rationibus, quas in Deo poſſis expendere. Prima ſit: hoc quod ipſe in ſe ipſo eſt, nimirum tantæ celſitudinis, vt omnes populi ſint coram eo, quaſi non eſſent, & ſtellæ fulgentiſſimæ, mundæ non ſunt in conſpectu eius, & ipſi Seraphini, quaſi confuſi coram tanta Maieſtate vultus ſuos cooperiunt, ſeſe in conſpectu eius contuentes. Secunda ſit: hoc quod Deus tibi eſt, omne tuum bonum, à quo totum tuum eſſe dependet, motus, reſpiratio, & vita, & ipſe eſt, vt ſcribit Apoſtolus, noſtra iuſtitia, ſanctificatio & redemptio; cum tantum quantum ab eo poſſumus habere, hoc ipſum recipimus, quia ad eum accedimus. Prima conſideratio, hoc in Centurione operata eſt, vt ſe tanquam indignum ſubtraheret. Secunda in Zacchæo, vt eum in domum ſuam ſuſcipere deſideraret.

Hos ambos ſimul iunctos affectus potes tu quoque habere, & cum vno mereri pariter & cum altero, dum eum gaudens cũ Zacchæo recipis, vt animæ tuæ domum gratiæ ſuæ, donorum, ac cæleſtium luce virtutum adimpleat, & ſimul cum Centurione tantâ cordis ſynceritate tuam proteſtans indignitatem, quantò longius diſtas, vt talis beneficij promerearis dignitaem, non ſemel dicens: *Domine non ſum dignus.*

Nota duos hos affectus in D. Petro: quem modo inuenies, dum Chriſti ſeius nauim cupit aſcendere, quod ſuæ ſibi conſcios indignitatis, eum videtur à ſe repellere, & vt ex naui deſcendat intenſiùs rogat: *Exi à me Domine: quia homo peccator ſum* Modo eum videbis: dum ſocrus Luc. 5. 8. eius domi ſuæ febricitat, ſciens, quòd Chriſtus ſalus eſſet infirmorum, quòd eum in domum ſuam adducat, & eam ingreſſum roget, vt ipſam priſtinæ reſtituat ſanitati: quamuis eius indignitas, Chriſtum à naui ſua, quaſi repellat, tamen eum mouet deſiderium ſocrus ſuæ valetudinis: vt eum cum gaudio in domum ſuam recipiat. Quid dicam? & ipſa cœleſtis ſponſa modo ſponſum inſtanter interpellat: *Veniat dilectus meus in hortum ſuum.* Vt eius aduentus gratiâ arbores fru- Cant. 6. 16. ctus proferant ſapidiſſimos. Modo ſuam conſiderans inſufficientiam & ſponſi celſitudinem, eum deprecatur, vt gradum ſiſtat, retrocedat, & domo ſua excedat, quaſi qui fugiat; dum ait: Cant. 8. 14. *Fuge dilecte mi.*

Huic doctrinæ iungunt manus loca quædam S. Scripturæ, quæ ſibi videntur contradicere, & Sanctorum actiones iuſtificant, quas inter ſe diceres diſcrepare. D. Gregor. Nazianzen. & D. Ho 1. in Paſc. in prin. Gregor exponunt iſtam intelligentiam in multis diuerſorum Sanctorum actionibus ſine vlla contradictione, quas nobis offert ſcriptura, 1. p Paſtoral. c. 7. quæ ſibi ex diametro iudicarentur oppoſitæ, & ſi illa attentè conſideraueris, non ſolùm inter ſe non diſcrepant, verùm planè admirandam continent conformitatem. Conſidera Moyſen: IV. Aliqui mitti renuunt, alij ſe mittẽdos offerunt. miſertus Deus duriſſimæ ſeruitutis, quâ in Ægypto populus ſuus premebatur, volens eum in libertatem aſſerere, & educere de Ægypto; Apparet Moyſi in rubo, cui præcipit, vt det huic actioni principium: conueniat Pharaonem, eique ex parte ſua & nomine denuntiet, hanc eſſe Dei mentem, vt dimittat populum ex Ægypto liberum emigrare *Veni mittam te ad Pharaonem, vt educas populum meum.* Exod. 3. 10. Quid Moyſes? Contrarias obtrudit rationes, Domine à ſcopo multum aberraſti, vt video: Non enim ego tanto muneri idoneus: Magna nimis mea tepiditas, fortitudo & quidem magna neceſſaria eſt, tum ad Pharaonis duritiem euertendam, tum ad præcedendum populo innumerabili. *Quis ſum ego, vt vadam ad Pharaonem, & educam filios Iſrael de Ægypto?* Perpendit D. Gregorius Papa. Quòd hac in re Moyſes ita fortiter reſtiterit, vt quater Deus hoc illi præceperit, omnes eius oppoſitas deliniens rationes, illas non admittens, & alias multas, (quas noſter Cardinalis Caietan. enucleat) dein eo modo

ſe huic negotio ſubtraxit, & ire renuit, vt videatur Deus oſtendiſſe quandam huius ſubtractionis diſplicentiam, & quod partim ei condeſcenderit, aſſignans ei adiutorem fratrem ſuum

Exod. 3.

Aaron, qui eum comitaretur. *Iratus Dominus in Moyſen, ait: Aaron frater tuus egredietur in occurſum tuum, &c. Ipſe loquetur pro te.*

Non abſimile conſiderandum in Ieremia, quem Deus in ventre matris ſuæ ſanctificauit, eum Prophetam ſuum & prædicatorem conſtituens, dein præcipiens, vt populo ſuo prædicaret, abnuit, & his ſubmiſſæ humilitatis ſe verbis excuſat:

Hier. 1. 6.

*A, a, a Domine Deus: ecce neſcio loqui: quia puer ego ſum* An non miraris hos præclariſſimos? Iam igitur aliorum Sanctorum actiones attende. Eo tempore, quo Moyſes ſe ſubducit, & iam quater ſe excuſat, ne Dei mandatum impleat: videbis (ait D. Gregor. Nazianzen.) fratrem eius Aaron, qui ad primam Dei vocem, quâ ei præcipitur vt fratrem ſuum Moyſen comitetur, & eat ad Pharaonem, abſit vt replicet, vt ſe ſubducat, quinimo illico obedit, & ad Dei præceptum, magno ſeſe affectu operi accingit, vt deſcribit Spiritus S. Videbis pariter Euangelicum Prophetam Iſaiam, contemplatione extaticum coram Diuina Maieſtate, quam vidit excelſo reſidentem throno, Seraphinis circumſtipatum, & dum populi ſui Deus intendit ſalutem, inter ſe Diuinæ colloquuntur Perſonæ, (noſtro modo) quaſi diſcurrentes, & interrogantes quem mittemus ad populum iſtum, qui illis conueniat?

Iſa. 6. 9.

*Quem mittam aut quis ibit nobis?* Verba hæc (teſte D. Hieronym.)

In c. 6. Iſaiæ.

ex quo hauſit D. Thom demonſtrant apertiſſimè, myſterium SS. Trinitatis, vnitatem eſſentiæ, in verbo (*Mittam*) quod eſt ſingulare, & perſonarum pluralitatem, in pronomine (*Nobis*) quod eſt plurale. Audit hoc Propheta, & ſeipſum vltroneus affert. *Ecce ego, mitte me.* Mirabile myſterium: mittit Deus Moyſen ad Pharaonem, & abnuit, replicat, triplicat, quadruplicat vt alium mittat. *Obſecro Domine, mitte quem miſſurus es.* Et Hieremiam mittit Deus qui ſe ſubducit; è contra vocatus Aaron ſe ad Dei nutum offert, & Iſaias, ſe non inuitatus inuitat. Quis horum bene egit? Cuius modus agendi ſecurior? Omnes rectè, reſpondent hi SS. Patres, nullus horum reprehendendus agendi modus: diuerſis adducti ſunt rationibus. Moyſes, Hieremias negotij pondus perpenderunt, & puſillas ſuas vires, & quod longè impar eſſet eorum tantis myſteriis poteſtas; quocirca ſe ſubduxerunt. Aaron autem & Iſaias Dei potentiam

V. Omnes autem ex diuerſa ratione, bene.

illos mittentis præ oculis habebant, & obſequium magnum quod Deo præſtabant, & profectum ex eorum prædicatione ſecuturum, Diuinâ illos comitante gratiâ. *Bonum enim eſt* (ait D. Gregor. Nazianz.) *Deo ſeſe parumper ſubducere vt Moyſes ille olim, ac poſtea Hieremias; & rurſus ad vocantem promptè atque impigrè accurrere, quemadmodum Aaron & Iſaias modò vtrumque pro animo fiat, alterum ob propriam imbecillitatem, alterum ob vocantis potentiam.* Videntur verba, & agendi formulæ diuerſæ ait, D. Greg.

D. Gre. Naz.

Papa; vnus inuitatus renuit, alter non vocatus ſe ſpontaneus offert; verumtamen ambo laudandi. *En ab vtriſque diuerſa vox prodiit, ſed non à diuerſo fonte dilectionis emanauit, & quod laudabiliter alter appetiit hoc laudabiliter alter expauit.*

D. Gre. Pap.

Vnus in ſe & in propriam oculos deflectit infirmitatem: alter in Deum & eius obſequium: huic calcar addit Diuinus amor, ex eo quòd Deo adeo gratum ſit, peccatorum ſtudere conuerſioni, & ſaluti. Illum refrænat, & propria remoratur imbecillitas legato tanti Domini inconueniens, & ad ſupremam ac difficillimam commiſſionem ineptitudo. Irreprehenſibiliter ambo procedunt, quiſque pro ſua parte: Tu amborum partem ſumito, & erit tuus agendi modus plenus & integer. Ex vno diſce periculum, diſce timorem, & diſce cautionem, tuam indignitatem & puſillanimitatem, miſeriamque recognoſcens, quâ non mereris accedere, agere cùm Deo, & in corde tuo tantam hoſpitio excipere Maieſtatem. Ex altero imitare amorem & deſiderium, te cùm Deo coniungendi & indigentiæ tuæ cognitionem, ob quam tibi ſit neceſſe, eum apud te detinere: perpende fructus, quos inde tibi poſſis metere, & verba proferes piiſſimæ Sponſæ: *In portis noſtris omnia poma, noua & vetera ſeruaui tibi, dilecte mi.*

Cant. 7. 13.

VI. Nobis eſt exemplū.

Dilecte mi: dum ad te accedo, conſpectui tuo me ſiſto, & præcipuè, vt te in venerabili Sacramento recipiam, comparo mihi poma noua & vetera. Sonat Arabicum, ſed myſterioſa eſt confeſſio: Poma vetera, quæ in veteri teſtamento ſuaue olebant, timor erat ac terror accedendi ad Deum, quo ſe ſubducebant: Poma noua, quæ ſanctos in noua lege conſolantur, amor eſt & feruens vnionis cùm Deo deſiderium, vtraque tibi poma compara, vt ad Dei ianuam accedas; hæc te ſuſtineant & roborent, & ſi vnum te retrahat, indignitatem tuam cognoſcentem alterum te excitabit, tuam conſiderantem neceſſitatem, ſuſtineat vnum, quod deſtruere videtur alterum & dicito: *Stipate me malis.* Si ex parte vna te propriæ infirmitatis & miſeriæ deiiciat conſcientia,

Cant. 2. 5.

„ ſcientia, aſſurge ex animæ tuæ neceſſitatis con-
„ ſideratione, ad cuius miſeriæ & infirmitatis re-
„ medium, Dei in te neceſſarius eſt aduentus, &
„ vnio: vt tibi liceat dicere: *Si ambulauero in me-*
Pſ. 22. 4. „ *dio vmbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu*
„ *mecum es.* Si verò te, neſcio quâ temeritate hæc
„ attollat conſideratio, hoc ita ſit, vt paululum
„ temporis impendens præparationi, & miſeriæ
„ tuæ cognitioni, & ſcias tibi eſſe neceſſarium
„ tanto hoſpiti cubiculũ euertere. Verùm enim ve-
„ ro hoc aduerte: cùm ex parte tua debitam mun-
„ dandæ conſcientiæ tuæ adhibueris diligentiam,
„ ſuperet propriæ indigentiæ cognitio, tam quæ
„ eſt, tuæ indignitatis, & ſpiritus amoris Euan-
„ gelicus, veteris legis timorem expellat: hoc enim
„ verbis prædictis ſignificat ſponſa, quæ ſic tranſ-
Cant. 7 „ ferunt Theodoretus Græci PP. *Omnes nuces,*
Th. 2. „ *nouas ſuper veteres, quas dedit mihi mater mea,*
„ *ſeruaui tibi.* Mater noſtra Eccleſia eſt, ſemper
„ vna fuit: primas timoris nuces dedit in veteri
„ lege, in noua dat nuces amoris. Ambæ ſunt ne-
„ ceſſariæ: verum præcedant veteres, timeamus
„ tantam Dei Maieſtatem, & noſtram imbecilli-
„ tatem: verumtamen nouæ amoris ſint ſuperio-
„ res quæ te ad Dei vnionem compellant &c.

### §. 19 *Admiratione dignus fuit illius argumenti diſcurſus, ex militari obedientia deſumptus, in qua ipſe viuebat Centurio.*

47 SIquidem fulgidi fuerint lucis radij, quos recipiens ex Diuini ſolis radijs, emiſit ſpeculum illud cryſtalinum, aſſero tamen, illum longè clariorem eſſe radium, quo ſuam concludit orationem. *Nam ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites, & dico huic vade & vadit.* Quis non verba hæc admiretur plena myſterijs? Notat ſubtiliter D. Bern. bene fundatam Centurionis humilitatem: cui veperam fundamentalem poſuit ſuiipſius cognitionem. Quod homo erat: *Nam & ego homo ſum.* Quod omnium primum tibi cognoſcendum hic docuimus. *Quam pulchrè* (ait) *locutus eſt beatus ille Centurio, cuius fidei nulla par inuenta eſt in Iſrael. Et ego (inquit) homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites. Non iactabat poteſtatem quam nec ſolam protulit, nec priorem. Dicturus quippe: Habens ſub me milites, præmiſit: Homo ſum prius ſe agnouit hominem quam potentem, & vt in ſe iam impleri oſtenderet, quod longe ante dixerat Dauid: ſciant Gentes quoniam homines ſunt.* Manu mittamus, hæc & alia myſteria, & illa dico valde eſſe profunda, quæ detexerunt. D. Chryſoſt. *a.* D. Petrus Chryſol. *b.* quibus videbatur Centurionem, non poſſe clariori ratione Chriſti declarare, & Diuinitatem, & potentiam, & prouidentiam, & gubernationem, quâ vniuerſum regit mundum: quid tam difficile intellectu totius Gentilitatis ſapientiſſimis? Argumentatur à minori ad maius, à ſua poteſtate contracta ad centum milites, ad Chriſti poteſtatem ſuper omnes creaturas illimitatam, *Ego*, (inquit) *homo ſum*, qui ſupremam non obtineo poteſtatem, quin potiùs plures habeo, me ſuperiores, vt campi Magiſtrum, Capitaneum generalem, Imperatorem, quibus ſeruio: *Homo ſum, ſub poteſtate conſtitutus:* Hac tantum fulgeo poteſtate, quæ vltra centum milites non extenditur: *Habens ſub me milites.* Et cum tam limitatam, & coarctatam habeam poteſtatem, tam ad nutum mihi hi obediunt, vt ad vnicum meum verbum perficiant, quidquid illis præcepero. *Dicendo huic veni huc, & venit, & alteri, vade illo, & vadit:* militia enim eſt, vbi viget obedientia ſine replicâ, promptior quàm in reformatiſſimis Religionibus. Si ergo vt mihi obediant & mei milites, vnicum meum ſufficiat verbum, cum ſim tam ridiculus *Dominus*. Tu, qui vniuerſalis & tam ſupremus es *Dominus*, vt te ſuperiorem neminem agnoſcas, tam plenipotens, vt ex tua manu tuarum tota dependeat eſſentia creaturarum, quantò magis de illis & in illis ſolo tuo verbo & præcepto efficeris quidquid animo libuerit.

D. Bern. Epiſt. 42. ad Henricum Archiepiſc. Senonenſ.

Pſal. 9. 21.

a Ho. 27. in Matth.
b Serm. 15.

Mentem ſuam (aiunt hi SS. Patres) altius ſuſtulit hic Centurio & Dei ſupremam poteſtatem ac gubernationem perpendit, quæ correſpondebat poteſtati Capitanei generalis, qui ſuperiorem non agnoſcit, qualis erat in ſuis exercitibus Iulius Cæſar Imperator. *Imaginatus mihi fuiſſe videtur,* (ait D. Chryſoſt.) *Cæleſtem militiam, cuius Chriſtum Ducem ac Dominum eſſe credidit, cui etiam mortem ipſam, & morbos ipſos, cæteraque omnia ſic eſſe ſubiecta, non dubitat, vt milites,* & Generalis Capitaneus habet ſub ſe infinitos milites, ſed bene ordinatos: quidam enim eius ſunt conſiliarii, cum quibus agit, & quibus ſuos communicat conceptus: alios habet in diuerſas copias diſtributos, & ſub diuerſis vexillis, pro quibus varia inſtituit diuerticula, muſicâ, & luſibus. Nec illi deſunt apparitores & quos vocant, Præpoſitos, ſatellites & miniſtros, ad fugitiuos capiendum, & proſequendum, vt eos comprehendant, & in vincula diſcolos conijciant; adſunt & carnifices ad vexilli deſertores

I. Centurionis fides extollitur.

D. Chr. Ho. 27. in Matth. To. 2.

& infideles fidiculis torquendum & hi omnes tam prompti ad obedientiam, vt vel minimo verbo ſe accingant, ad opus, & opus intermittant. Hoc enim exigit militia, promptiorem videlicet obedientiam quam inter Religioſos. Ita Deus Dux eſt generaliſſimus, qui ſub ſe habet plures exercitus, id eſt, choros Angelorum, & Archangelorum, & velociſſimorum Spirituum, tot, vt quidam Iob amicus iudicârit eos non cadere ſub numerum: *Numquid eſt numerus militum eius?*

Iob c. 25. 3.

Occurrit Iacob legioni cuidam eorum, quos ad quoddam ſtratagema Deus miſerat, quos vt videt: ait: *Caſtra Dei ſunt hæc.* Habet amicos ſtatus ſui Conſiliarios, ſuos Apoſtolos, quibus ſua communicat arcana: *Vos dixi amicos meos, quia omnia, quæ audiui à Patre, nota feci vobis.*

Gen. c. 32. 2.
Ioan. 15. 15.

Habet & ſuos familiares ad nutum paratos, inſuper habet & apparitores, tortores, ſatellites, ad inquirendum fugitiuos, & fidiculis torquendum immorigeros. Hos bene dixeris infirmitates, famem, febres, peſtem, podagram, colicam & alias morborum ſpecies.

48

Diuina planè phraſi hoc nobis deſcripſit Spiritus S. dum vult ſupremi Ducis illius exponere independentiam, & ſupremam poteſtatem. Agit primò de eius Maieſtatis præcellentia, omni præconio digniſſima. *Date nomini eius magnificentiam.*

Eccl. c. 39. 20.

Deinde declarat, quâ ratione omnis creatura eius oculis ſubijciatur, de quâ ſecundum voluntatis ſuæ beneplacitum diſponit. *Opera omnis carnis coram illo.* Et ſicut bonis reſeruat ſpirituales fauores, conſolationes, delicias: *Bonis bona creata ſunt &c* ita habet & ſuos carnifices ad puniendum malos. *Sunt ſpiritus, qui ad vindictam creati ſunt &c. Ignis grando, fames, mors, omnia hæc ad vindictam creata ſunt.*

Eccl. 39. 33.

Si Deus orbem regat, & ſit ipſa bonitas, ad quid detinet, famem, mortem dolores, infirmitates, ignes, ventos, tempeſtates? Ad quid habet Dux Generalis miniſtros & tortores? Ad quid Rex potentiſſimus in aula ſua canes alit leporarios, ſagaces, moloſſos, qui ſtrident dentibus, terrefaciunt feras? Ad quid aues rapaces, aduncis vnguibus falcones, accipitres, miluos? vt feras ſectetur. Occluſum ſaltu tenet aprum, terram roſtro ſuo cruentem; quod ſi eum capere delectet, in eum venator inſurgit, occurrit ex aduerſo, currat canis leporarius, auribus apprehendat, accedat, & irruat moloſſus, & inter maxillas aprum faciat ſibi prædam: eoque modo fera ſiſtitur, & capta manibus offertur Regijs. Scandit in aera perdix, euolat ardea, fugit cornix, inſequatur accipiter injiciat vngues, & manibus deferat Domini ſui. An modo non aduertis cur penes ſe Deus detineat dolores colicæ, auditus, lateris, peſtes, paralyſes, apoplexias? vt ſint miniſtri & apparitores. Vt dum domo eius auſugis, te apprehendant, & ad eum deducant. Diſcedit ex ſuo exercitu & domo (ait D. Chryſoſt.) miles Domini Ionas: *fugit à facie Domini* Ilico conuocat apparitores ſuos ventos & tempeſtatem.

Ionæ 1. 3.

Ite, inquirite mihi Ionam, adducite ad me: hoc enim Deus prætendebat. Carnifices Dei ſunt venti, & tempeſtates eius apparitores, & ægritudines, calamitates, milites eius, & carnifices, qui ſemper adſtant parati ad ictum oculi, vt quod Deus mandat, opere compleant. *Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius.*

Pſ. 148.

Inſurgit in te infirmitas, incenditur ignis, domum tuam in cineres redigit: pungit te lateris dolor acutiſſimus: ſcito eſſe Dei apparitores, quos e mittit, vt te comprehendant, & in domum ſuam reducant. Quos ſuper hoc alter diſcurſus facit? qui ſecundum ſuum iudicium ſapientiores ſunt, quàm ſi fuiſſent à Salomone prolati, quibus ita argumentatur: Hoc proceſſit ex illo, & illud ex hoc, infirmatus ſum: quia comedi, quia à turbine non me ſeruaui, & inuaſit me nimius algor. Febris me adurit: quia hoc aut illud ſumpſi. Malè argumentaris: noueris, illum ignem, illud frigus, tempeſtatem accidiſſe: quia ſunt Dei milites, eiuſque ſatellites: *Et faciunt verbum eius.*

III.
Omnes creaturæ Dei ſunt obedientiſſimi milites.

A Deo fugiebas, poſt tuas ſtultitias, inconſtantiam, leuitatem: viam libertatis tuæ latiſſimam inſequebaris, quo te vana deſideria propellebant, verbo Dei ſurdas præbentem aures, eius Diuinæ potentiæ prorſus ignarum: emittit iſtos apparitores: *Faciunt verbum eius.* Ignis dum domum tuam inuadit, febris viſcera tua exurit: *faciunt verbũ eius.* Ventus Aquilo, qui fruges tuas congelat, & ventus Auſter meridionalis adhuc teneras conſumit: *Faciunt verbum eius.* Tempeſtas, qua nauis tua fluctibus abſorbetur, & turbo, qui tegulas tecti tui in aëra diſpergit: *Faciunt verbum eius.* Grando, quæ ſegetes tuas proſternit, & nebula eas diſperdens, eruca, ſeu bruchus eas corrodens, & locuſta eas deuorans: *Faciunt verbum eius.* Febris, quâ ſiti arefcis: podagra, quâ torqueris: colica quę te ad lachrimas & ſingultus prouocat: calculus quo inter renes comprimeris; paralyſis quâ frigore contremiſcis; apoplexia, quâ inſtar trunci, detineris; *Faciunt verbum eius.* Faciunt quod Deus eis faciendum præcipit; & nullus miles, aut miniſter tam obediens in militia ſuo Duci, vt hæc Deo, ſicut notat D. Ambr. perpendens ſubtiliter, verba Dauidis, quando occur-

D. Amb.

rente

rente illi Semei, maledicente, puluerem & lapides proijciente contra Dauid, Abiſai qui hac Regis ſui contumelia offenſus proſilit, interfecturus Semei, quem Dauid cohibuit, & ſtomachabundus ait. *Quid mihi & vobis eſt filij Saruiæ; dimittite eum, vt maledicat. Dominus enim præcepit ei, vt malediceret Dauid.* Audi, quam tibi lectionem prælegat Dauid. *Quam moraliter docuit, quod iniuriam vel periculorum noſtrorum tempora, tentationum certamina, & examina tentationum ſunt; & ideo non ſine Diuino ea irrogari ſolere iudicio. Exercetur bonus Athleta conuitijs, exercetur laboribus & periculis, vt dignus ſit, cui deferatur corona iuſtitiæ, & ideo ferenda patienter ſunt; quæ putantur aduerſa. Deniq; & alibi te docet Scriptura Diuina, dicente iuſto: Si bona accepimus de manu Domini, quæ mala ſunt, cur non ſuſtineamus? Et hoc ipſum in Regio Propheta conſidera: Dominus præcepit, vt maledicat, vt videat humilitatem meam, & retribuat mihi Dominus pro maledicto hoc. O altitudo prudentiæ! O inſigne patientiæ! O deuorande contumeliæ grande inuentum!* Quam pulchrum ſe ſtomachum! Puteus eſt, qui omnes abſorbeat aquas horum conſideratio: calor eſt, qui deuorare, & digerere faciat Elephantos.

2. Reg. 16.10.

Clarè hoc intellexit patiens Iob, quando calamitatibus oppreſſo, accurrit nuntius & inclamat: Ignis deſcendit de cœlo & tactas oues conſumpſit; alius: ventus vehemens à regione deſerti domum tuam funditus ſolo euertit, & tuos oppreſſit liberos. &c. Longè aberras. *Dominus abſtulit.* Igni hoc non imputo, qui ex ſe hoc non fecit, nec vento: ſunt enim milites Dei. Iterum Dauidē profero qui vitæ ſuæ præteritæ reminiſcens, & conſiderans, quas ei Deus immiſerat calamitates: hanc eſt elocutus veritatem. *Quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas & malas & conuerſus viuificaſti me, & de abyſſis terræ iterum reduxiſti me!* Satis huic congruum eſt id, quod aduertit Hier. Propheta. *Aperuit Dominus theſaurum ſuum cælum & protulit vaſa iræ ſuæ quia opus eſt Domino Deo exercituũ in terra Chaldæorũ.* Quod ex prædictis poſſemus declarare, ſed alibi dicemus.

Iob 1.

Pſ.70.20.

Hier. 50. 25.

Hinc facilè phraſim S. Scripturæ intellexeris quæ repræſentat & deſcribit res illas, quæ nec intellectum nec ſenſum habent, quaſi illis poterentur; ita ad nutum paratas audientes, & Dei præceptis obedientes. Voluit Deus populo dare coturnices, & ſolummodo eis mandando, tanta decidit multitudo, vt niuis floccos eſſe diceris. *Leuierunt & venit coturnix.* Voluit vt fortiſſimus ventus fieret, qui mare rubrum effecerat deglutientem quendam infernum: vnicô verbo illum continet: *In ſermone eius ſiluit ventus. Dixit & ſtetit ſpiritus procellæ.* Voluit quandam punire rempublicam ob perfidas ſuas ſeditiones, vocat famem, cui præcipit, vt illam inuadat. *Vocauit famem ſuper terram.* Voluit caſtigare Ægyptios: vocat cyniphes. *Dixit & venit cœnomia & cyniphes.* Voluit agrorum ſegetes diſperdere, vocat locuſtas, vt illas corrodant. *Dixit & venit locuſta, & bruchus cuius non erat numerus.* Voluit vt Ionam piſcis redderet, quem deglutierat; ſolo verbo, quod profert, fit *& dixit Dominus piſci & euomuit Ionam.* Ne cogitaueris (monet D. Hier.) famem, peſtem, mortem, morbos, res eſſe capaces obedientiæ, ſicut quidam crediderunt hæretici, vel earum ſingulas habere Angelum, qui eas moueat, & ad Dei præceptum agat, vt alij voluerunt, quos refert D. Aug. Sed vt S. S. oſtenderet, quam facile in manu Dei & eius poteſtate ſit, immittere & reuocare famem, tempeſtatem, peſtem, ventorum vires, morbos, illo loquendi modò vtitur, qui hæc depingat, quaſi milites Duci ſubditos obedientiá, quã nulla maior, quod vocante Deo veniant, & eodē reuocante ſiſtant, & vadant.

Omnes creaturæ intelligunt præceptum Dom.

Pſ.104.

Eccl. 43. 25.

Pſ. 104. 16.

Pſal.104. 34.

Pſal.104. 40.

Ionæ. 2.

Matth. 7.

In Pſ.104.

Hinc proceſſit modus ille loquēdi, quem Deus ſeruauit, dum Pharao Dei præcepto rebellis populum Dei noluit ex Ægypto dimittere, miſit enim Moyſem ad ipſum, ei comminantem: hæc mandat Deus? *Dimitte populum meum vt ſacrificet mihi quia hac vice mittam omnes plagas meas ſuper cor tuum, & ſuper ſeruos tuos, & ſuper populum tuum, &c. Percutiam te, & populum tuum peſte, &c.* Obijcit Cardinalis Caietanus ad illa verba: *Omnes plagas meas.* Quid hoc rerum, Domine? Et quã ratione ſunt veſtræ? An tibi ſit aliquid quod gloria non ſit, diuitiæ, opes, ſalus & omne bonum non ſit? Et vnde habes tu peſtem, Exanthemata, lateris dolores famem, cordis anguſtias? *Omnes plagas meas.* Loquitur ad modum magni Ducis, qui nuntium mittit Caſtri gubernatori, qui ei ſedere renuit caſtrũ & fortalitium, quod requirit. Hoc ei dicito quòd ſi voluntariè hoc quod ego præcipio non egerit, mittam ei de exercitu meo viros fortiſſimos, qui eum ad ea cogent extrema vt velit nolit tradat arcem quam antea liberâ noluit tradere voluntate.

Exod. 9. 14.

Dei milites ſunt plagæ verbera peſtes, morbi, fames, colica, podagra, neruorum contractiones, paralyſes, qui adſtant parati eos percutere, quos ille voluerit, & diſpoſuerit & qualiter intenderit, & ſunt, quaſi quot ſunt milites, & fuerunt in exercitibus mundi ad faciendum id quod eis ſuus præcipit Capitaneus, aggredientes quando & qualiter ille voluerit & gra-

V. Plagæ ſunt Dei milites

dum

dum retrahentes, quando eis hæc mandat, ſine vlla ſpecie tarditatis aut replicæ, & ob hoc vocat plagas ſuas? *Omnes plagas meas &c. peſtem.* Ita D. Aug. expendit, quod Dauid deſcripſerit tempeſtatem, quæ ad vnam Dei vocem, ad nutum adſtat, parata ſeu præcincta inſtar militis: *Dixit & ſtetit ſpiritus procellæ, & exaltati ſunt*
Pſal. 106. 24. *fluctus eius, aſcendunt vſque ad cœlos.* Ita vidit Hieremias mucronem fulgentem & exacutum, qui cædem ederet magnam, ſtragemque ſanguinolentam. Accedit Propheta, ſupplex rogat, vt ceſſet, & iunctis manibus ait: *O mucro Domini, vſquequo non quieſces? ingredere in vaginam, refrigerare & ſile.* Audit de cœlo vocem: quæ reſpondet. *Quomodo quieſcet, cum Dominus præceperit ei aduerſus Aſcalonem &c. Ibique condixerit illi?* Hoc modo cuncta Deo obediunt, quæ nos torquent, & illa quæ nos occidunt & viuificant: Ob quam cauſſam, is cui optimè nota erat Dei potentia, cum nominat, *Dominus virtutum.* Incipit Pſ. ex nomine iuſtorum, de-
Pſ. 45. 2. monſtrans, quam ſine vlla ſuſpicione mali viuant Dei defenſione ſecuri. *Deus noſter refugium & virtus:* quocirca, non timebimus dum turbabitur terra; montes fumigent, mare inſoleſcat, ita vt ipſis rupibus, terrorem incutiat, quæ ad oram maris indurantur: vt terrefieri videantur, dum eius furibundos & tumeſcentes fluctus aduertunt. *Sonuerunt & turbata ſunt &c. Conturbati ſunt montes:* Verumtamen iuſti alacres. *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.* Illis licet occurrat rapidiſſimo fluxu fluminis impetus, non turbabuntur, quimmo lætabuntur. Quare? *Dominus virtutum nobiſcum, ſuſceptor noſter Deus Iacob. Dominus virtutum.* Si mare vires ſuis habet fluctibus; ſi fluctus vires ſuis habent furiis, ſi terræ motus efficaces habet vires, ex Deo habent, & tantum faciunt, quantum illis Deus permittet: & certum eſt, quod non permittet vt vires illas contra electos ſuos exerant; de illis enim curam agit particularem: *Suſceptor noſter Deus Iacob.* O quàm efficax iſta conſideratio ad veſtram pacem & internam quietem, & vt in omni veſtra ad Deum tribulatione recurratis!

De hoc commendatur noſter Centurio, Perpende quàm ſublimen habeat cognitionem huius cœleſtis philoſophiæ & quàm præclarè res illas conſideret. Cognouit (ait D. Pet. Chryſolog.) ſanitatem eſſe militem quendam Dei, quodque ſicut dum præcipit venire, & eſſe cum vno, eſt cum illo, & ſanum conſeruat, & præcipiens vt vadat, manet ille ſine illa, & fit infirmus: & eôdem modo quo paralyſis caſualiter non intrauerat domum ſuam, ſed à Deo miſſa, velut quidam ſatelles, vt ſeruum eius comprehenderet & captiuaret, vt calamitate ſerui, dominum eius, manibus Chriſti traderet, qui eius erat Dominus ſic ait: Domine cœlorum omnipotens, lex militum hæc eſt, vt ad vnicum Ducis verbum obediant milites, vadant & veniant, & ſic mei faciunt, cum ſim tantillæ Centurio poteſtatis: ſanitas & infirmitas veſtri ſunt milites; præcepiſti ſanitati ſerui mei, vt vadat, & continuò eum dereliquit, & diſceſſit: in hoc profiteor, te eſſe qui das ſalutem, & adimis & pro libitu tuo & bona voluntate. Tu ſimiliter mandaſti paralyſi, vt veniret, & manus illi iniiceret, & eum tam fortior ſtrinxit vt iā iam illum perdat: ſufficiet, vt paralyſi, quæ venit, eo ſolo quia ei præcepiſti, præcipias vt vadat, & ſanitati, quæ ad præceptum tuum diſceſſit, iniungas, vt veniat, & in ictu oculi fiet. *Dic verbo & ſanabitur puer meus.* Valde eloquenter ait Diu. Petr. D. Pet. Chryſolog. hoc ipſum voluit indicare noſter Chrys. Centurio: *Ego homo ſum, tu Deus; ego ſub poteſtate conſtitutus, tu ipſa poteſtatum poteſtas, habens ſub me milites, tu virtutes; dico huic, vade & vadit: veni & venit. Tu dic ſanitati veni & veniet, & ſeruo meo, fac hoc & facit: dic tu puero meo, qui ſeruus eſt tuus, ſanus eſto, & valebit:* Diſcite ô Chriſtiani, ex milite, dum tempus viget neceſſitatis & anguſtiæ: An te paupertas affligit? neceſſitas te deprimit? infirmitas, te torquet? perſecutio, te exagitat? Hoc conſideres, omnia hæc magni illius Ducis eſſe apparitores & quæſtionarios, quos tibi immitit vt manus iniiciant, & de tua peruerſa vita extrahant: febris, vt ad Deum te conuertas, paupertas, vt teipſum diuinis eius manibus conſignes, illi te trade, ad eum te conuerte, illius implora ſubſidium: *Dic verbo & ſanabitur puer meus.*

### §. 20. *Admiratur Centurionem Chriſtus: verè enim & realiter hunc aſſumpſit defectum, ipsá morte maiorem: vt in eo Centurionem honoraret.*

AVdiens autem Ieſus, miratus eſt. Opinatus eſt Origines, quòd clariùs pateſcere non Hom. 5 in diuer. potuerit ſplendor, quo huius Centurionis mens illuſtrata fuit, quàm dicendo, quòd ipſe ſol, qui ei illucebat, ſplendorem illum ſit admiratus: *Miratus eſt Ieſus.* Sed mirantur SS. Patres, hanc in Chriſto admirationem, & hanc obiiciunt difficultatem; quomodo hoc fieri potuerit?

a Epiſt. 101. ad Euod. & lib. contra aduerſar. legis c. 7. b 1. 2. q. 32. ar. 8. & 3 p. 3. q. 15. ar. 8.

tuerit? Admiratio enim (teſte Ariſtotele, cui conſentit Diuus Auguſtinus a Thom. b.) Ex alterutro naſcitur principio, vel ex ignorantia, vel ex rei nouitate, eò quòd illud ſit inſolitum, vel inuiſitatum. Obambulas forum, & clarâ mediâ luce, vides ſolem obſcurari & nubiloſam pati ecclypſim, admiraris: quia quid ſit, & vnde proueniat, ignoras. Alius accedit operarius, intrat palatium, videt apparatum ditiſſimum ex auro, argento, & hiante ore ſtupidus conſiſtit; eorum quæ videt admiratione percullſus: res enim illi eſt planè inſolita, numquam viſa. Aduertis in viro quodam rem, quam in illo numquam vidiſti: Stupeo, ais, in tali hoc videre. In Chriſto, quia Deus eſt, nulla fuit ignorantia, nec eſſe poteſt. Bene hoc proteſtati ſunt Apoſtoli, quando paulo poſt dixerunt: *Nunc ſcimus quia ſcis omnia.* Petrus in ſeipſo edoctus profitetur: *Domine, tu noſti omnia.*

I. Qualis fuerit hæc Chriſti admiratio.

Ioan. c. 16. 30. Ioan. c. 21. 16. Hebr. c. 12. 21.

Similiter reſpectu illius non poteſt eſſe virtus, ſeu actus fidei, qui ſit illi inſolitus, Aſſuetus eſt enim videre excellentiſſimos, ipſe enim eſt, qui fidem infundit, dat augmentum, vt propterea dicatur à Diu. Paul. *Auctor fidei*: Non admiratur Rex, ſi in manu alicuius ſui intimi ac familiaris annulum videat pretioſiſſimum, & magis, ſi ipſe illi eum dederit: Aſſueuit enim talia, quin & maiora videre, & bene eum nouerat, vt quid à ſe datum. Nec Horologiſta admiratur Flander, ſi Horologium videat bene compoſitum, quod ipſemet confecit, & adhuc nouit ſubtiliora facere: Ob hanc rationem, non poteſt in Deo eſſe admiratio: omnia enim nouit, & quidquid bonum eſt ipſe agit: *A ſæculo, & vſque in ſæculum reſpicit, & nihil eſt mirabile in conſpectu eius.* Si hoc ita ſit, vt ob hanc rationem: *Nihil mirabile in conſpectu eius,* quomodo *Admiratus eſt Ieſus?* Si dicamus ſapientem nihil admirari, quomodo ipſe, qui eſt ipſa ſapientia admiratur? *Creator mirabilium* (ait D. Petr. Chryſolog.) *miratur? Aurium conditor, quaſi qui audita neſciat, ſic ſtupet auditu?* Huius difficultatis communis eſt expoſitio: quòd realiter Chriſtus non ſit admiratus, ſed geſtus quoſdam ederit admirabundi, vt Centurionem honoraret. Docet præceptor iuuenem, cui quaſdam defendendas proponit concluſiones: & dum ille perdoctum dat reſponſum, quòd ipſe Magiſter eum docuit, admiratur, quaſi quid eſſet noui reſpectu illius, non quòd realiter admiretur: ſcit enim hæc omnia, & ipſe ita hoc diſpoſuit, ſed admirabundum agit, vt per hoc ſuum exaltet honoretque diſcipulum.

Eccl. c. 39. 25. D. Petr. Chrys.

Hoc communiter in ſcholis dicitur: Admiratus eſt Chriſtus, quantùm ad effectum, non quantùm ad affectum: eo modo quo Theologi docent, in Deo eſſe iram, zelum, furorem, non quòd illas in ſe habeat paſſiones quoad ſubſtantiam, ſed quoad effectum: quia ea agit, quæ ſolet is, qui talibus ſubeſt paſſionibus. Sic modò, non habuit in ſe Chriſtus affectum admirationis, quoad ſubſtantiam, ſed quoad effectum: eoſdem enim geſtus fecit, quos communiter in homine parit admiratio. Hi autem ſunt geſtus, quos admiratio producit (ait D. Thom.) humeros attollere, manus erigere, ſupercilia circumflectere, vultu ſuſpenſum & quaſi attonitum hærere. Hæc egit Chriſtus in honorem Centurionis. Et hic eſt communis modus loquendi, & quem vt magis vulgarem ſequitur D. Auguſt. & pro more ſuo ſubtiliter exponit D. Thom.

1. 2. q. 32. cit. Lib. 22. contra Fauſt. c. 12. & 13. & locis ſup cit.

51 Nihilominus addit D. Thom. ſuo perſpicaci ingenio, alium dicendi modum præclarum; ſcilicet, quòd realiter, & in veritate Chriſtus ſit admiratus, Licet enim omnia ſciret, per ſcientias, quas Theologi vocant, beatas, & infuſas, non tamen per ſcientiam experimentalem & practicam, quam dicunt acquiſitam; ſed quòd in ea quotidie noua addiſcebat, ſecundùm quòd quotidie noua experiebatur. Optimè noſti maris aquas eſſe ſalſas, vt ipſe ſal: ita tibi omnes teſtantur, & cum illa ſcientia enutritus es, & nihilominus, quando ſorbillum ore ſumis, tantam eius admiraris amaritudinem ſeu ſalſuginem, quia licet id ante noueras, ſpeculatiuè tantùm hoc noueras, modò verò ex praxi noſti. Prænouit Aſtrologus eclipſim ſolis futuram tali die, tot horis, & terram inſtar noctis obtenebrandam, audienda conſequenter tonitrua, videnda fulgura: & his omnibus, quando hæc aut audit: aut videt, admiratur, proſilit ad feneſtram ſtupefactus, licet enim hæc antè nouiſſet, modò illa experitur. Si ergo experientia eorum, quæ ante nouerat, ſufficiat ad veram admirationem in illis, in quibus nouam nullam cauſſat ſcientiam; quid erit in Chriſto, qui realiter per rerum experientias nouam & veram acquirebat ſcientiam per nouarum rerum experientias nouas ſuo intellectu recipiendo ſpecies, quas vocant Theologi acquiſitas? Satis clarè dixit hoc D. Paul. *Qui cum eſſet filius Dei, didicit ex iis quæ paſſus eſt.* Licet, vt filius Dei omnia noſſet, verumtamen de nouo didicit, ex iis quæ experiebatur.

Hebr. c. 5. 8.

Secundùm hoc dicit D. Thom. realiter admira-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

miratus eſt Ieſus, videns huius Centurionis fidem, quam licet ſpeculatiuè cognitam haberet non tamen experimentaliter; & addit: D.

D. Tho. 1. p. q. 14.

Thom. *Et aſſumpſit hunc defectum, ad noſtram inſtructionem*: vt & nos talem admiremur fidem, qualem miles ille oſtendit. Non prætereamus modum hunc dicendi: *Aſſumpſit hunc defectum.* Patet omnibus, admirationem eſſe quendam defectum, qui præſupponat ignorantiam. Inquirit D. Thom. an Chriſtus omnes noſtros aſſumpſerit defectus? Reſpondet, quod ſic, exceptis defectibus intellectus & voluntatis, qui ſunt ignorantia & culpa. Hos duos non aſſumpſit, cæteros quidem benè, vt famem, ſitim, laſſitudinem, infirmitatem, timorem & mortem: & ratio eſt: quia venit vt Redemptor & præceptor, quamobrem hos ſolum defectus aſſumere eum oportebat, qui his duobus officiis non contradicerent. Redemptori indecens erat culpa: dedecet enim peccatorem, redimere peccatorem, Præceptori indecens erat ignorantia: neſcit enim alios ignarus docere. Non aſſumendo ignorantiam conſequens erat, non aſſumere admirationem: hæc enim ex illa oritur; verumtamen in hoc caſu voluit hunc aſſumere defectum. *Aſſumpſit hunc defectum.* Qualis iſte? Maior ipſa fame, ſiti, & dixero ipſa morte: hi enim non erant defectus intellectus, nec voluntatis: Ignorantia autem reducitur ad defectum intellectus & ſcientiæ, quæ magis repugnabat Chriſto, quàm ipſa mors. Nihilominus eum aſſumpſit, vt Centurionem honoraret & nos erudiret, vt talem fidem admiremur, cognitionem talem, humilitatem, talem deuotionem, talem ſcientiam, talem qualem ipſe habuit ſpiritum. Quâ ratione nouit Deus ſanctos ſuos honorare, qui, vt illos ipſis Angelis redderet admirabiles, ipſe eos eorumque opera ac virtutes admiratur. Ingreditur Chri-

Hom. 5. in diuerſis.

ſtus (ait Origen.) ciuitatem illam celebrem, diuitem, illuſtrem Capharnaum! vbi mille (teſte Chriſto) viſebantur ſumptuoſa ædificia; capitella, turres, palatia, porticus, fora, opes; equitatus. Horum nihil admiratur, nec eorum quidquam contuetur: erat enim cæleſtis mercator, qui tantum venit ad gemmas pretioſas virtutum comparandas. Nihil horum eum ſtupefacit; & admiratur militem inter fiſtulas, tympana, aleas, chartas luſorias, & haſtas educatum. Seraphinorum ſapientiam non admiratur, nec Angelorum pulchritudinem, cælorum ſplendorem, ſolis claritatem, ſiderum fulgorem, & fidem militis vnius admiratur, eam extollit, iactat, vt eum honoret, & vult, vt eam omnes intueantur, magnifaciant, & admirentur.

Quæ admirationis ſigna, & verba non oſtentat, quando Abraham eius obſequitur voluntati, in offerendo filium ſuum? Rem perpendit D. Chryſoſt. & ſtupendum quid eſt, videre, quòd Deus ipſe ita loquatur, quaſi deſint illi verba, vt tale opus extollat; *Quia feciſti hanc rem.* Quæ res? An deeſt illi nomen? Non videtur Deus illud inuenire, vt eius oſtendat magnitudinem; vt illis geſtibus omnes admirentur, videntes hunc Dei fideliſſimum amicum, ita eius voci obedientem, vt ipſam ei vocem operis excellentia eripere videretur. Moris eſt, vt magni fiat fauor, & beneficium, quo Princeps, ſeu Rex ſibi ſubditum dignatur: quæ non oritur admiratio, ſi alterei Rex ſcribat epiſtolam, duas manu ſuâ lineas interponens quid, quod alteri diſcum mittat ceraſorum, aut de menſa ſua quaſdam cupedias? quæ non exſurgit æmulatio, quis non oritur ſtupor, quis non mouetur diſcurſus? Obſequia verò, à ſubdito pauperculo, aut milite Regi præſtita nec æſtimantur, nec attenduntur: conſiderantur enim vt debita. Quod miles quiſpiam iter arripiat; nauiget in Regis obſequium nauci hoc fit: quod Regi, munera, & cupedias mittat, quaſi non aduertitur: hic autem omnia inuerſo ſe habent modo. Quæ nobis beneficia non præſtitit Deus? quas gratias? quæ opera in noſtram ſalutem facta? ſuos dedit tibi cælos, ſuos Angelos, ſuas ſtellas; Dedit tibi ſeipſum, carnem ſuam in cibum, ſanguinem ſuum in potum, ſua ſacramenta in medicinam: in cruce pro te mortuus eſt. O quanta beneficia! videntur omnem fidem excedere: *Quis credidit auditui noſtro.* Dixit Iſaias, quando ea prædicari præcipiebantur. Quis credet, quòd pro homine moriatur Deus, Dominus pro rebelli ſeruo? *Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominũ aſcendit* &c. Dixit idem de his beneficiis & Diuus Paulus. Quæ cum tanta ſint & planè ſtupenda, quanti tu ea facis? quid ea æſtimas? quàm parum ea admiraris? Admirantur cæli, quia obſcurantur; ſol, quia obtenebreſcit; terra, quia tremit; petræ, quia ſcinduntur. Solus homo inſenſibilis, velut illi increduli, de quibus D. Ioannes: *Cum tanta ſigna feciſſet coram eis, non credebant.* Adſtant attoniti & admirabundi Seraphim, & cor hominis fumo repletur inſenſibilitatis.

Hom. 27. in Matth.

Gen. 22. 16.

Iſa. 53. 1.

Iſa. 64. 4. D. Paul. 1 Cor. 2.

Cap. 12. 37.

Sed attende modo omnia inuerſa quàm pa-

II. *Omnia opera imperfecta & parua ſunt.*

rum hoc eſt, quod homo facit propter Deum, & quàm eius infirma ſunt obſequia? Multa licet homo faceret, res foret, quam nemo iure admiraretur, cum, præterquam quod homo Deo ſit debitor, parum Deo referat, quantum omnes facere poſſunt creaturæ, licet quàm plurimæ forent: *Si iuſtè egeris, quid donabis ei?* Inquirit Iob, *quid eſt homo, aut quæ gratia eius?* Ad ſummum, minimum quid eſt, quidquid agitur. Quam imperfecta ſunt, quæcumque facis obſequia? Vnius diei ieiunium ex tepido ſpiritu; duriſſimi panis fruſtum in eleëmoſynam; lachrimula ſtatim exſiccata, actus fidei remiſſus, lenta diſciplina, leuis mortificatio. Et cum talia ſint hæc obſequia, & tam parua in ſe ſubſtantiæ, Deus ea exaggerat, & particulariter ad ea attendit, ita vt ea ipſe admirari videatur, vt te honoret, opera tua extollat, & oſtendat, quam largus & velox ſit illorum futurus retributor, qui tanti ea facit.

*Iob c. 35. 6.*

III. *Deus opera noſtra bona conſiderat.* *D. Baſ. Ser. in vigil quadrag.*

Notat D. Baſil. quod dum ieiunas, vel te recolligis deplorans peccata, Deus Angelos ſuos & cælites conuocet, quibus tuum exaltat ieiunium & pœnitentiam, & vt te admirentur, hortatur. *Cum Deus conſpicit, vocat omnes cæli ciues, vt eos intueantur, qui pœnitent ac ieiunant.* Nec opineris, hanc meam eſſe inuentionem (ait) Attende quid dicat Spiritus S. Cum Deus Regi impio Achab mortem intentaſſet ob immania eius crimina: ille verò timore perculſus, & in ſe reuerſus cogitare cœpit de agenda pœnitentia, ſed quæ tantum eſſet ſimulatio pœnitentiæ, illico vocat Eliam Deus, inuitat, vt videat id quod peccator ille faciebat. Qui iam primas pro peccatis ſuis fundebat lachrymas, & initia ſectabatur humilitatis: *Dices, vnde id noſti, quod Deus cæli ciues vocet, vt conſpiciant pœnitentes? Ex eo id perſpicuum efficitur, quòd etiam ſeruos ſuos, qui in terra degunt in id ſpectaculum vocat, ſicut dixit ad Eliam, Nonne vidiſti humiliatum Achab.* Quis vidit Chriſtum nocte ſequenti illis diei quo S. Martinus dimidium chlamydis diuiſit mendico pauperi, inter Angelorum Choros, quaſi admirabundum ſuper militis facto, & omnes Seraphinos inuitantem, vt oculos in illud chlamydis fruſtum præciſum, conuertant dum ait: *Martinus adhuc cathechumenus hac me veſte contexit.* Numquam Princeps ſic ſui ſubditi extulit obſequium, vt Chriſtus in die iudicij coram mundo vniuerſo extollet,

*3. Reg 21. 29.*

quod eſurienti dediſti fruſtum panis: diſciſſam & laceram chlamydem, quâ nudum operuiſti: beneuolentiam quâ indigum excepiſti: trium quadrantum, quiſquilias quibus viduæ ſuccurriſti: fauorem quo puellam in matrimonium promouiſti: minutum quod ad redimendum captiuum expendiſti; regreſſus tuos ad xenodochia: micas quas miſiſti incarceratis. Diligenter perpendo, quod ſermonem inſtituturus de amico ſuo, quibus verbis vtatur, loquens de Iob, producens in publicum eius obſequia, ac bona opera: quas non profert de illo laudes, quæ non audis præconia, & quantâ cum admiratione diabolo loquatur? *Numquid conſideraſti ſeruum meum Iob, quòd non ſit ei ſimilis in terra? Vir ſimplex, & rectus, ac timens Deum & recedens à malo & adhuc retinens innocentiam?* Nonne dixeris Deum ipſum admirari, nec ſatis congrua inuenire verba quibus virtutes eius exaggeret? *Iob c. 1. 2.*

Idem agens de S. Simeone ſic ait: *Homo erat in Hieruſalem cui nomen Simeon, & homo iſte iuſtus, ac timoratus, expectans redemptionem Iſrael, & Spiritus S. erat in eo.* Quid opus, Domine, tot verbis? Hic enim ſcimus, tam eſſe efficacia tua verba, & tantæ ſignificationis, vt vno & cum vno, quantum dici poteſt, comprehendas: Et ita ait Dauid, quod ad quodlibet tibi ſufficiat vnicum: *Semel locutus eſt Deus* Et id iam ante amicus quidam Iob aduerterat. Ad quid ergo tot verba, & illa cum quadam admiratione & emphaſi de amicis tuis proloqueris? Nunc; cur ſic admiraris ob id quod miles agit in tui famulatum? O Domine mi, diuitum non eſt admirari diuitias, nec in purpura nati ſtupent videre pretioſa: ſtupeant educti de malua, & ſtramine reclinati. Quid te rapit in admirationem? Vult (ait D. Thom.) iuſtum attollere & oſtendere quanti faciat eius obſequia. O ter beatum Centurionem, ait Origen. *O fides viri: ô confidentia militis! ô chariſſime amice veritatis? Te admiratur Dominus, & tuam indeficientem magnificat fidem; quando de tenebris gentium proceſſit lumen tantum.* O viri iuſti, ne meliorem opteris veſtrorum operum Prædicatorem, nec facundiorem eorum oratorem, quàm ipſum Deum, in cuius honorem hæc facitis. Bene & optimè vobis heri conſului, vt illa abſconderetis, & eius fidei committeretis illa, in honorem veſtrum prædicanda.

*Luc. 2.* *Pſ. 61. 12. & Iob 33.* *Hom. 5. in diuer.*

### §. 21. *Quâ ratione verum ſit: fidem Centurionis fidei Iſraelitarum palmam præripere.*

53 ADmiratus eſt Ieſus, & non vulgares edidit geſtus ſeu motus, quales edit ille, qui ſummoperè admiratur, & conuerſus ad tantam multitudinem, concionem inſtituit in huius Hiſpani militis præconium; ſic exorditur: *Amen dico vobis: non inueni tantam fidem in Iſrael.* Ne ſtupeatis, me admiratum: in veritate dico, & iuro vobis. Hæc huius fides illa eſt, præclariſſima, quam inueni in Iſrael. Non dixit (vt notat D. Chryſoſtom.) non inueni aliam maiorem, ſicut dixit extollendo D. Ioannem Baptiſtam: *Inter natos mulierum non ſurrexit maior.* Sed quod fides hæc maior eſſet eâ, quam inuenerat, & hæc ſola appenſa in ſtatera, cum omnibus, quas inuenit in Iſrael, grauioris foret ponderis, & notiſſimæ prærogatiuæ. Admirare hanc emphaſim, Nihilominus inquiunt Doctores: quomodo hoc capimus, Domine: an maior non fuit Sanctiſſimæ tuæ Genitricis fides, cum ab illa primùm extulerit vocem cognata eius Eliſabeth, in laudem eius: *Beata, quæ credidiſti?* An maior non fuit præcurſoris tui Ioannis Baptiſtæ, quem ob altiſſimam cognitionem Angelum prædicaſti? Dein tuorum illa Apoſtolorum, qui fidei Eccleſiæ tuæ patres ſunt deſtinati, an non eſt excellentior? Multa hic congerunt SS. Patres; ſed breuiter dico, quòd loquatur de illa fide quam inuenit, poſtquam egreſſus eſt fidem quærere, ſe mundo patefaciens, vt in eum crederent, & ſic locutus eſt illo tempore ex quo in eum finem frequentiſſima edere cœpit miracula. Habet penes ſe lapidarius ſeu gemmarum inſtitor quaſdam maioris valoris ſeu probatiſſimas gemmas, inquirit plures: ciuitatem quandam adit, inuenit hic vnam probatam, alibi probatiorem, ſed poſt puſillum, quærit, & reperit electiſſimam gemmam, quâ inuentâ ſic ait: Probatiorem non vidi: An ergo probatiores non ſunt quas domi habes? ſunt; ſed cape me: de illis intelligo, quas in hac ciuitate requiſiui. Manifeſtum eſt, maiorem fuiſſe Diuæ Virginis Sanctiſſimæ fidem, & Ioannis Baptiſtæ eâ, quam tantopere laudat in Centurione: ſed illorum fides iam domi erat; intelligendo autem de illa quam inuenit, cum eam per mundum quærere cœpit, faciens prodigia & ſigna magna, Item de iis, qui viſis eius miraculis, crediderunt, erat hæc omnium maior: *Non inueni tantam fidem in Iſrael.*

*Matt. 11. 11.*

I. Quæ fuerit hæc tam præclara fides Cẽturionis.

*Luc. 1. 41.*

II. Similitudo.

Hoc eis dixit, eo modo, quo alias, vt Nazarenorum conuinceret incredulitatem, viduæ Sareptanæ fidem in medium produxit, quæ Iſraelitarum omnium fidem longè ſuperauit. *Multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Iſrael, & ad nullam illarum miſſus eſt Elias.* Hanc propoſito noſtro congruam expendit Hiſtoriam D. Auguſt. Elias, ait, figuram expreſſit Chriſti, & ſicut ille à Iudæis contemptus, nolentibus eius præclaris fidem adhibere miraculis, & à gentili viduâ lautè exceptus, & honoratus, quem nec vnquam viderat, tantâ in eum fide credidit, vt altero die videbimus; Ita Chriſtus à Iudæis in Iſrael, habitus eſt contemptui, reiectus ab iis, qui oculati teſtes erant tantorum eius miraculorum: & admirandâ confeſſione à milite gentili honoratus, qui tamen eum nec nouerat, nec viderat, nec exceperat vnquam, quamobrem eos præcurrit Centurio, qui inter Iſraelitas præclariores habebantur. Gedeon Dux illuſtriſſimus, vt credat, miraculum poſcit, & illo dato, ſecundum. Licet viduæ Sareptanæ fidem Chriſtus extollat, non eam tamen habuit perfectam in Eliam, donec oculis teſtibus, filium reciperet à mortuis ab eo ſuſcitatum: tum demum ait: *Nunc in iſto cognoui: quoniam vir Dei es tu, & verbum Domini in ore tuo verum eſt.* Moyſes & Aaron præcipui Iſraelitarum anteſignani, tot viſis prodigiis, quæ præ manibus habebant, in, neſcio quam incredulitatem, vt diximus, prolapſi ſunt.

*Luc. 4. 25.*

*Ser. 101. de temp.*

*3. Reg. 17. 24*

Et non ſolùm in hoc illos ſuperauit, verumtamen ex his Chriſti verbis: *Non inueni, &c.* Argumentatur D. Thom. & docet D. Chryſoſt. nullum eſſe inconueniens, ſi concedamus Centurionis fidem maiorem laudari, eâ, quam vtique modo habuerunt Apoſtoli, habuit Magdalena, habuit Martha, habuerunt & alij. Si enim iſti crediderint, viſis miraculis crediderunt, & etiam adhuc viſis illis, puſillæ fidei reprehenduntur: ita ſemel D. Petrum Chriſtus correxit: *Modicæ fidei.* Et D. Philippum & D. Andream in fide reperit diffidentes in multiplicatione panum, & ambas iſtas ſorores in illa remiſſiores in morte fratris earum Lazari: quaſi corporalis Chriſti præſentia, vt Lazarum è mortis faucibus eriperet, & vitam infunderet, vt neceſſaria requireretur. Hic verò, nullo viſo miraculo, nec quidem Chriſto facie cognito tantùm ex nominis eius fama, fide fulget tam clarâ, firmâ, ſecurâ, præeminenti, & talibus cognitionis

54

*D. In c. 8. Math. Hom. 22. in imperf. ad finem.*

*Matt. 14. 31.*

gnitionis gradibus, vt eius verba demonſtrant Hæc eſt fides ( ait Chriſtus ) quã maiorem in Iſrael non inueni. Voluit his verbis confundere (ait D. Petr. Chryſol. ) Iudæorum incredulitatem, & eorum qui præſentes adſtabant, perfidiam, & ex ore militis pagani populi ſui primores condemnare. *Non inueni tantam fidem &c.* O fidem militis Hiſpani, quæ maior fuit, omnium iſtorum fide Iudæorum Talis fides quid meretur? *Vade, ſicut credidiſti: fiat tibi* Tua fides ſit beneficiorum meorum æqua menſura, & cum ita cæteris præcellat, quàm non erunt cæteris præcellentia beneficia? O magnum militem! ô præclarum Magiſtrum! ô eloquentem Oratorem, qui tantâ hanc orationem gratiâ compoſuiſti. *Domine non ſum dignus &c.* Hanc ex eius ore ſumamus, dicamuſque: *Domine non ſum dignus* Domine, non meremur, niſi flagella, & perditionis abyſſum: verumtamen vnicum à te deprecamur verbum: *Tantum dic verbo:* Loquere animæ noſtræ, illam erudi, ei inſpira, & ſalua erit, in hoc mundo per gratiam, ſalua in altero per gloriam. Amen.

# SVMMARIVM

## HOMILIÆ TERTIÆ SEQVENTIS.

CONTINET hoc Euangelium præceptum diligendi inimicos: a §.1.
fructum eſt durum, & vt digeri poſſit, debent illud mandere b §.2.
prædicatores, qui ſunt dentes Eccleſiæ *a*. Hoc vero fit, oſten- c §.3.
dendo, non ſolùm non nociuum eſſe illud obſeruare, quin po- d §.4.5.6.
tius ſecum trahere, tria genera bonorum, quæ poſuit D. Am- e §.7.
broſ. Delectabile, honeſtum, & vtile *b*. Primum eſt bonum f §.8.
delectabile *c* & facile *d*. Secundum eſt bonum honeſtum & ho- g §.9.10.
norabile *e* quo ſe quis oſtendit fortem *f* Chriſtianum, *g* & hone- h §.11.
ſtum, quo ſe Deus ipſe *h* & ſancti eius honorari cenſent *i*. Tertium eſt bonum vti- i §.12.
le *k*, eo quòd ſit efficax remedium ad obtinendam peccatorum remiſſionem *l* & vt k §.13.
homo verè per gratiam ſit Dei filius *m*. l §.14.15.16.17. m §.18.

§.1. *Prædicatores ſunt dentes Eccleſiæ, quorum curæ eſt duriores diuinæ legis morſus commanducare, vt poſſint deglutiri.*

§.2. *Eſt hoc præceptum difficile, & ſi fieri potuiſſet iam nunc per contrariam conſuetudinem fuiſſet abrogatum, maximè inter Hiſpanos.*

§.3. *Eſt hæc lex eò delectabilior cum ſit Dei lex, quo duriores ſunt & crudeliores leges Dæmonis.*

§.4. *Facile eſt hoc præceptum, eſt enim ſcedulæ conſignationis Dei, ex amore, quo eum diligere obligaris.*

§.5. *Leue tibi erit inimicum diligere, non eum conſiderando, ſed eum qui tibi hoc præcipit, ne pereas vt cetera, nec te furor occidat.*

§.6. *Chriſti nomini obediunt omnia excipio cor hominis, ipſo flumine Pado magis refractarium.*

§.7. *Verſatur hæc lex circa bonum honeſtum: Deus enim tui ſolicitus eſt honoris, & magni honoris actus eſt, offenſam remittere.*

§.8. *Hæc eſt fortitudo maxima, iniuriarum obliuio: vt patet in Deo & Dauide.*

§.9. *Hæc lex, lex eſt Reipublicæ Dei, quocirca honorificum eſt ei illam ſeruare, qui venit in illa.*

§.10. *Confundit Dauid eos qui vindictæ leges ſectantur, Iob imitare: corona te hoc libro, & equi collo circumda hinnitum.*

§.11. *Summo ſibi Deus deputat honori, remittere iniurias, quem ſancti imitantur.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN